



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: GM 6 KGBH 600;KGBH 600, [1]



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600,KGBH 600, [2] : -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [3] -

CIM 6/KGBH 600
Eigentum Stiftung Niedersachsen



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600,KGBH 600, [4] -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [5] -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600,KGBH 600, [6] - -

SERTVM HANNOVERANVM
SEV
PLANTAE RARIORES
QVAE IN
HORTIS REGIIS HANNOVERAE VICINIS
COLVNTVR.

DESCRIPTAE
AB
HENRICO ADOLPHO SCHRADER
DELINEATAE ET SCVLPTAE
A
IOANNE CHRISTOPHORO WENDLAND.



VOLVM. I. FASCICVL. I.

GOETTINGAE,
PROSTAT VENALE APVD VANDENHOECK ET RVPRECHT.
cIↃIↃccLxxxxv.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [7] -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600,KGBH 600, [8] - -

VIRO ILLVSTRISSIMO

LIBERO BARONI

CHRISTIANO LVDOVICO HAKE

MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS SECRETIORIBVS CAMERAE,
DELEGATO ORDINIS EQVESTRIS IN COMITIIS PROVINCIALIBVS ORDINVM
PROVINCIALIVM CALENBERGENSIVM, AEDIVM HORTORVMQVE
REGIORVM PRAEFECTO SVMMO,
BOTANICES AESTIMATORI DOCTO ET INTELLIGENTI

FASCICVLVM HVNC

CVM OMNI OBSERVANTIAE CVLTV

OFFERT

HENRICVS ADOLPHVS SCHRADER.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [9] -

PRAEFATIO.

Plantarum exoticarum copia, raritate et praeſtantia inter Hortos Regios Hannoueranos praecipue eminent Viridarium Herrenhuſinum (*Plantage zu Herrenhauſen*) et Hortus ſic dictus *Berggarten*.

Serti pars, quam faſciculus primus exhibet, in poſteriori hoc lecta. Paululum igitur ei immorari lubet. Inſtituendi eius et inſtruendi initium in prima electoratus Hannouerani tempora cadit. Sedecim circiter iugera complectitur, quorum quinque plantis exoticis colendis inſeruiunt. Hortorum Regiorum cura ſumma Viro Illuſtriſſimo Bremer, Magn. Britanniae Regi a Conſiliis Secretioribus, demandata, Hortus incrementa cepit varia; hybernaculum eſt additum, plantarumque exoticarum numerus auctus. Plantae hoc tempore numero circiter 300 fuiſſe feruntur. Deinde ſummae adminiſtrationis vices ad Virum Illuſtriſſimum Lib. Bar. Christ. Lvdov. Hake, Magnae Britanniae Regi a Conſiliis Sanctioribus Camerae, deuenere. Viri excellentiſſimi, rei botanicae peritiſſimi, peregrinationibusque in terras exteras ſuſceptis egregie docti cura, multa tentata, aliter conſtituta et varie ornata: horti botanici ambitus amplificatus, hybernaculorum numerus auctus, fruticetum methodo Linnaeana inſtructum; plantis hactenus ex Tournefortii Syſtemate conſtitutis V. Cl. Ehrharti, Botanici Regii ductu, nomina Linnaeana impoſita, bacillisque adſcripta; nouae ſtirpes ex diſſitis terrarum regionibus, ex Hollandia, Anglia, Gallia, Dania, ex Cap. Bon. Spei, ex orientalis et meridionalis Indiae terris longinquioribus, imo et ex noua Hollandia arceſſitae, magnoque numero quotannis aductae; vt adeo mirum non ſit plantas exoticas in hybernaculo aſſeruandas numerum 2000, perennesque, annuis exceptis, 1500 excedere.

Inter

PRAEFATIO.

Inter has ſpecies Bankſiae, Metroſideri, Mimoſae, Sophorae, Ericae, Ixiae, Gladioli, Amaryllidis etc. inſigniores ſunt. Propter inſolitam magnitudinem praecipue nominandae Arundo Bambos altitud. 40 ped.; Sterculea platanoides, Citharexylon quadrangulare et cinereum, Abroma auguſtum, Hibiſcus mutabilis et diuerſifolius, omnes altitud. 30 ped. Saccharum officinarum, Piper Betel, Mimoſa Lebbek, altitud. 18 - 20 ped. *).

In edendo Horto conſilium ſequuti ſumus hoc, vt non niſi plantae nouae, rariores dubiaequae iconibus illuſtratae darentur; decies enim repetita repetendo cognitionem plantarum parum promoueri, immo quammaxime retardari neceſſe eſt.

In deſcriptione plantarum ipſa medium amplexi ſumus. Characterem eſſentialem generum, quorum ſpecies in hoc faſciculo occurunt, ſaepius emendauimus; quod in pluribus Syſtem. Linnaeani generibus fieri omnino neceſſe eſt, propterea, quod is aliis generibus per ſe, aliis, ſpecierum multarum acceſſione facta, parum conuenit.

Plantarum icones cum fructificationis partibus ex viuis delineatae, magnitudine naturali redditae, nec niſi ſeorſim monitum ſit, auctae.

*) Plantarum horti noſtri recenſum, exceptis nouis, dubiis et perennibus, dedit EHRHARTVS in duobus catalogis an. 1787 et 1791, ſcriptis. (*Verzeichniſs der Glas- und Treibhauspflanzen, welche ſich auf dem Königl. Berggarten zu Herrenhauſen bey Hannover befinden. I - II. St. 8.*). — Quotannis etiam Diario Hannouerano inſeritur Catalogus plantarum venundendarum.

Scrib. Goettingae, Kal. April. 1795.

H. A. Schrader.

TAB. I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [12] - -

TAB. I.

PROTEA STROBILINA LINN.

TETRANDRIA MONOGYNIA.

CHAR. ESSENT. Corolla 4petala: petalis interdum basi vel apice cohaerentibus. Antherae lineares vel oblongae, petalis infra apicem insertae. Cal. proprius nullus. Nux (vel Samara) supera, 1locularis, 1ualuis.

Sectio **** *lanceolatae, foliis ellipticis aut lanceolatis.*

Protea foliis elliptico - oblongis retuso - callosis, strobilo terminali folioso.

Protea *strobilina*, foliis elliptico - oblongis retuso - callosis capituloque terminali glabris. THVNB. Diss. de Protea n. 34. LINN. Syst. Nat. ed. GMEL. II. p. 424. n. 45.

Protea *strobilina*, floribus imbricato - ouatis inuolucratis paleaceis glabris, foliis spatulatis laeuibus. Spec. Plant. ed. Reich. I. p. 266. n. 17.

FRVTEX insignis, 6 aut 8 pedes altus, erectus.

CAVLIS ramosus, teres, cortice glabro ferrugineo. Rami alterni, teretes, folioси, apice floriferi; iuniores pube molli obsessi virides, adultiores nudi ferruginei. Ramuli terminales, 4 - 5, conferti, demum subuerticillati.

FOLIA sparsa, sessilia, elliptico - oblonga, apice retuso - callosa: callo purpurascente, coriacea, venoso-reticulata, viridia, vtrinque et marginibus leuiter sericea; in ramis veteribus patentia, in iunioribus magis appressa. Stipulae nullae.

FLORES in strobilum digesti foliisque sub anthesi sese expandentibus inuoluti. Strobilus ouatus, imbricatus: squamis obouatis crassiusculis unifloris externe sericeis, interne striatis glabris.

CALIX proprius nullus.

COROLLA tetrapetala, glabra, flauescens. Petala vnguiculata, squamas vix superantia.

FILAMENTA nulla. Antherae apicibus petalorum insertae,

GERMEN compressum, album. Stilus simplex, petalis paulo longior, rectus. Stigma capitatum, asperum.

SAMARAE obcordatae, compressae, vniloculares, monospermae, altera parte futura dorsali notatae, spadiciae, margine paulo dilutiori. Harum singulae intra singulas strobili persistentis, ferruginei et per aetatem maioris ac durioris squamas contentae.

RECEPTACVLVM nullum.

SEMINA obouata, compressa, glabra, fusca.

Habitat ad Caput Bonae Spei. ♄

Tempus flor. mensibus Maji aut Aprilis. Semina anno sequente matureſcunt. Aestate sub dio viget; tempore hyemali in frigidario asseruari debet. Propagatur per semina et taleas.

Vidi specimina exsiccata nostrae plantae in omnibus similia, nisi quod glabra et omni pube denudata essent; laeuitas igitur aut villositas in hac vti in plurimis aliis plantis nullas notas pro specie distinguenda exhibere potest. — In Generib. et Specieb. Plantarum inque Systemate Vegetabil. Proteae adscribuntur semina nuda, quibus rectius GAERTNERO praeeunte *). Illustr. GMELIN in Nouissima Systemat. Naturae Edit. nucem substituit. Pericarpium vero in nostra Protea pro nuce haberi nequit. Magis adhuc pro nuce alata haberi posset, quo nomine GAERTNERVS Thujae **) aliarumque pericarpium designauit. Sed nulli fere limites dantur, qui samarae cum nuce alata intercedunt; quapropter pericarpium in hac Protea samaram dixi, quae pericarpii species etiam in Thujae aliisque generibus statuenda est. Nam pericarpio gaudent, quod in omnibus cum charactere ab ipso GAERTNERO samarae adscripto, conuenit.

Expl. Tabulae. a. Corolla. b. Eadem aucta. c. Petalum auctum. d. Pistillum auctum. e. Strobilus samaris maturis foetus. f. Idem squamis iam hiscentibus longitudinaliter dissectus. g. Samara matura. h. Eadem ex altera parte cortice exterori denudata, ad monstrandum seminis situm. i. Semen separatum.

*) De Fructibus et Seminibus plantarum. Vol. I. p. 239. T. 51.

**) Ibid. V. II. p. 61. t. 91. f. 2.

TAB. II.

SOLANVM XANTHOCARPVM.

PENTANDRIA MONOGYNIA.

CHAR. ESSENT. EMEND. Corolla rotata. Antherae approximatae: poro gemino dehiſcentes. Bacca 1-3locularis.

Sectio * * *aculeata.*

SOLANVM caule herbaceo: ramis inferioribus procumbentibus diuaricatis foliisque pinnatifido-ſinuatis aculeatis ſtellatim pubeſcentibus.

PLANTA herbacea, aculeata.

RADIX annua, deſcendens, fibroſa, alba.

CAVLIS ſemipedalis, erectus, teres, flexuoſus, ſtatim in ramos 4-5 diuiſus, aculeis longis ſubulatis flaveſcentibus inferne rectis ſuperne ſemiuerticalibus armatus et pilis minutis ſtellatis adſperſus, quibus etiam rami, ramuli, petioli, folia vtrinque, pedunculi calicesque obſidentur. Rami ramuloſi, alterni, flexuoſi, folioſi, ob petiolos decurrentes angulati; ſuperiores breuiores, patentes, inferiores longiores a ſesquipedali ad bipedalem longitudinem ſupra terram extenſi, diuaricati, ramulis implexi.

FOLIA alterna, longe petiolata, pinnatifido-ſinuata, obtuſa, venoſa, ſaturate viridia, exceptis aculeis et pilis ſtellatis ſubtus per lentem veſiculis minutis flaueſcentibus conſperſa, dilutiora; inferiora vtplurimum patula, ſuperiora, quae ramos ramulosque obſident, magis erecta. Petioli foliis paulo breuiores, baſi dilatati, ſubdecurrentes. Stipulae nullae.

FLORES racemoſi, terminales lateralesue, tri-quadriflori, cernui.

PEDVNCVLI alterni, inaequales, vniflori, teretes, ebracteati.

PERIANTHIVM 5fidum, laciniis ouatis, acutis vtrinque vti prona foliorum ſuperficies veſiculis minutis flaueſcentibus adſperſis.

COROLLA magna, ſpecioſa, plana, ſemiquinquefida, crenata, caerulea, inſignita ſtella 5radiata purpuraſcente, externe pilis denſis ſtellatis obſeſſa, ceterum glabra.

FILAMENTA breuiſſima, lata, rubella. Antherae approximatae, luteae.

GERMEN ſubrotundum, glabrum, vireſcens. Stilus curuatus, ſtaminibus longior. Stigma obtuſum.

BACCA globoſa, Ceraſi magnitudine, ſucculenta, nitida, flaua, vnilocularis.

RECEPTACVLVM conicum, carnoſum, ſcrobiculatum.

SEMINA plura, compreſſa, rotundata, inferne oblique acuminata, glabra, flaueſcentia.

Habitat in Aethiopia. ☉.

Tempus fl. a Iunio ad Auguſtum; ſemina perficit Septembri vel Octobri. Hoſpitatur in Vaporario. Per ſemina propagatur.

Solano ***xanthocarpo*** proxime accedit S. ***virginianum*** IACQ. *). Hoc vero differt (ſaltem quoad iconem et deſcriptionem) pilorum ſtellatorum defectu, caule in duos ramos principes diuiſo, foliorum venis pallidis, racemis fructigeris geniculatis, corolla minori profundius fiſſa caerulea.

Solani generi praeter alias notas diſtinctiuas tribuuntur antherae ſubcoalitae et bacca 2locularis. Antherae vero non niſi in *Dulcamara* et *Lycoperſico* coalitae ſunt, in reliquis absque cohaeſione approximatae, rarius diſtantes inueniuntur. Nec baccam ſemper 2locularem, ſed ſubſtantia et loculamentorum numero diuerſam eſſe, ex recentiorum, inprimis Cel. MOENCHII obſeruationibus conſtat, et in aliis quoque congeneribus doceri poteſt. Sic bacca 3loculari ***marginatum*** (2locul. ſecund. MOENCH) praeditum eſt, 1loculari ***tomentoſum***, ***indicum*** **) ***ſtramonifolium*** aliaque. Solani igitur characterem eſſentialem ac primarium ***antherae poro gemino deliſcentes***, ſecundarium vero ***antherarum approximatio***, ***corolla rotata et bacca 1-3locul.*** conſtituunt. Proinde *Dulcamara* non niſi antheris coalitis char. eſſent. recedens, ab hoc genere diſiungi nequit. *Lycoperſicum* vero tam char. prim. quam ſecund. diſcrepans, ex Cel. MOENCHII ſententia (Methodus p. 515.) omni iure diſtinctum genus conſtituit.

Expl. Tab. a. Calix. b. Stamina. c. Piſtillum. d. Bacca tranſuerſim diſſecta. e. Eadem ſectione perpendiculari, vt receptaculi figura et ſeminum inſertio melius appareat. f. Semen ſeparatum.

*) Haec Sol. ſpecies, quam Ill. IACQVIN pro *virginiano* Linn. in Coll. II. p. 285. deſcripſit et in Iconib. Rar. V. II. faſc. I. n. 5. delineari curauit, diſtinctam a Linnaeana planta conſtituit ſpeciem. Sol. enim *virginiano* Linn. vt alias minoris momenti differentias taceam, ſecundum DILLENIVM (Hort. Eltham. p. 360. t. 267. f. 346.) eſt caulis erectus, a ſesqui ad 2pedalem (3pedalem MILLER) altitudinem adſcendens, maiora folia per margines ſpinis minoribus obſeſſa, corollae apices lutei et ſtria longitudinali exarati.

**) In hac et priori ſpecie VV. Cl. GAERTNER (l. c. V. II. p. 240.) et MOENCH (Methodus p. 476.) baccam 2locularem aſſumunt, quam vero ſemper in vtraque 1locularem obſeruaui.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [14] - 8

TAB. III.

SOPHORA IVNCEA.

DECANDRIA MONOGYNIA.

CHAR. ESSENT. EMEND. Car. papilionacea: alis longitudine vexilli.
SOPHORA foliis ſimplicibus teretibus acuminatis apice tridentatis, floribus racemoſis.

FRVTEX humilis, bi- tripedalis, erectus, glaber.

CAVLIS ramoſus, teres, inferne fuſcus, ſuperne viridis. Rami, ſparſi, folioſi.

FOLIA alterna, erecta, teretia, acuminata, apice tridentata fuſca, obſolete ſtriata, pedem aut ſesquipedem longa, ſurſum ſenſim breuiora. Iuuenilis plantae folia petiolata, ouali- lanceolata. Stipulae nullae.

FLORVM racemi terminales, erecti.

PEDVNCVLI alterni, adſcendentes, vniflori, teretes, bracteis ſuffulti. Bracteae pedunculis breuiores, ſolitariae, acutae, primum virides, demum fuſceſcentes. His concolores, ſed paulo obtuſiores ſquamae inferiorem et floribus denudatum racemum ſparſim obſident.

PERIANTHIVM tubuloſum, ſubpentagonum, quinquedentatum: dentibus ſubaequalibus, pubeſcentibus.

COROLLA papilionacea.
Vexillum emarginatum, ſubreuolutum, flauum, macula ſemilunari radiata rubra notatum.
Alae duae, oblongae, baſi appendiculatae, longitudine vexilli, flauae, ſtriis nonnullis rubris.
Carina dipetala, alis breuior, illisque incluſa, rubella.

FILAMENTA decem, libera, ſubaequalia, filiformia, intra carinam recondita, poſterius rubella, anterius flaua. Antherae didymae, cordatae, flauae.

GERMEN pedicellatum, ouato- oblongum, viridulum. Stilus ſubulatus, ſtaminibus longior. Stigma ſimplex.

LEGVMEN paruum, calice perſiſtente ad dimidiam partem tectum, obouato- reniforme, turgidum, venis eleuatis reticulatum, glabrum, fuſco- nigrum, vniloculare, biualue, diſpermum: ſemine altero ſaepius abortante.

RECEPTACVL. funiculi breuiſſimi e ſutura interiori.

SEMINA oblonge reniformia (nec rotundato- reniformia quemadmodum in icone exhibentur), glabra, palleſcenti- fuſca.

Habitat in Nouae Hollandiae ſinu Botany- Bay. ♄

Tempus flor. Majo aut Iunio; ſemina perficit ineunte autumno. Aeſtate ſub dio optime viget, tempore vero hyemali in frigidario aſſeruanda. Propagatur per ſemina.

A Linnaeo in conſtituendo Sophorae genere character eſſentialis in *calice ſuperne gibbo, vexillo adſcendente alasque longitudine aequante et legumine toruloſo* ponebatur; character qui in vniuerſum ſpeciebus ab ipſo allatis conueniebat. Ex ſpeciebus vero, quibus Botanici recentiores hoc genus locupletarunt, aliae calice non gibbo, aliae legumine non toruloſo ſed in diuerſis diuerſe formato, aliae denique in vtroque recedunt. Omnes vero, quas vidi Sophorae ſpecies in eo conueniunt, quod vexillum alas longitudine aequat; adeoque non niſi ab hac ſpecierum conformitate charact. eſſentialis eſt deſumendus.

Explicat. Tab. a. Flos. b. Calix. c. Vexillum. d. Ala. e. Carina. f. Stamina. g. Eadem aucta. h. Piſtillum. i. Legumen calice tectum k. Idem ſine calice. l. Idem ſemidimidiatum. m. Semen ſeparatum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600,KGBH 600, [15] - 9

TAB. IV.

HERMANNIA HIRSVTA.

MONADELPHIA PENTANDRIA.

CHAR. ESSENT *) Stili quinque. Calix quinquepartitus. Petalorum vngues in tubum cucullatum plicati. Filamenta lata. Capsula quinquelocularis.

HERMANNIA caule racemisque flexuosis hirsutis, foliis obouatis inciso-serratis plicatis subtus pubescentibus, calicibus vrceolatis.

FRVTEX 4-5 pedes altus, erectus.

CAVLIS ramosissimus, flexuosus, teres, scaber, fuscus, pilis solitariis binis ternisue singulis glandulae impositis hirsutus. Rami conformes, patentes, alterni, folioſi, inferne fusco-purpurascentes, superne cum ramulis virescentes.

FOLIA remota, alterna, patentia, petiolata, obouata, apicem versus inciso-serrata, marginibus vix reuoluta, plicata, trineruia: neruis ramosis inferne protuberantibus; supra leuiter sericea, e glauco viridia, subtus pilis densis stellatis pubescentia incana, marginibus neruisque pilis sparsis obsessa. Petioli foliis duplo breuiores, teretes, hirsuti. Stipulae geminae, oppositae, cordato-acuminatae, basi crenatae, persistentes.

FLORES in racemum e ramorum latere prouenientem, spithameum, flexuosum, pariter cum pedunculis et pedicellis hirsutum dispositi, cernui.

PEDVNCVLI communes remoti, solitarii, bini terniue, vnciales, erecto-patuli, apice in pedicellos vtplurimum binos, ambos flore instructos, breues, inaequales diuisi, basi et ad diuisiones bracteis fulti. Bracteae ternatae: intermedia minori lineari, duabus lateralibus maioribus stipulis conformibus.

PERIANTHIVM turbinatum, pentagonum, quinquedentatum: dentibus acutis conniuentibus, reticulato-neruosum, pilis breuibus stellatis et longioribus simplicibus hirsutum.

COROLLAE PETALA calice duplo maiora, apice rotundata, integerrima, more congenerum in spiram conuoluta, flaua, demum rubella.

FILAMENTA infra medium coalita, dilute virescentia, glabra. Antherae semibisidae, e parte laterali secundum longitudinem dehiscentes, subuillosae, fuscescentes.

GERMEN obouatum, pentagonum, villosum, viridulum. Stili quinque, conglutinati, basi obsolete pubescentes. Stigmata simplicia.

CAPSVLA calice persistente tecta, subpedunculata, pentagona, quinquelocularis, quinqueualuis, apice ad angulos dehiscens. Dissepimenta contraria s. valuulae e medio septiferae.

SEMINA in singulo loculamento 4-5, subrotunda, glabra, margini dissepimentorum centrali vtrinque affixa.

Habitat in Capite Bonae Spei. ♄

Tempus flor. a mense Maii ad Iunium. Semina maturant Septembri vel Octobri. Tempore aestiuo sub dio viget; per hyemem in frigidario asseruanda. Seminibus nec non taleis regeneratur.

Explic. Tabulae. a. Flos. b. Calix c. Petalum d Stamina cum pistillo e. Stamina aucta f. Horum vnicum ab interna parte redditum g. Pistillum auctum.

*) Monadelphiae Classis Dissertationes decem Auctore Ant. Iosepho Cavanilles Presbitero Valentino. Matriti. 1790. — Vsteri Diss. Botan. fasc. 5. p. 101.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [16] - 10

TAB. V.

HERMANNIA MICANS.

HERMANNIA foliis ouato - truncatis apicem versus crenatis pubescentibus, floribus fastigiatis inuolucratis.

FRVTEX 3 vel 4 pedalis, erectus, totus quantus, petalis ac genitalibus exceptis, pilis paruis stellatis singulis glandulae innatis et lucem versus micantibus pubescens.

CAVLIS ramosus, teres, cortice scabro fusco. Rami alterni, erecti, teretes, scabriusculi, inferne dilute e fusco purpurascentes, superne cum ramulis virescentes.

FOLIA alterna, patentia, breuiter petiolata, ouato - truncata, apicem versus crenata, rugosula, subquinqueneruia: neruis ramosis inferne prominentibus; supra (imprimis iuniorum) molliuscula, viridi- flauescentia, subtus magis scabra, dilutiora. Petioli crassiusculi, teretes. Stipulae sub singulis petiolis geminae, oppositae, erectae, lineares, persistentes.

FLORES e ramulorum summitate prouenientes, fastigiati, breuiter stipitati, cernui, bracteis inuolucrati. Bracteae 16 - 20, calices subaequantes vel paulo longiores, inaequales: 2 aut 3 ouatis, reliquis linearibus villosissimis.

PERIANTHIVM ouato - oblongum, pentagonum, quinquedentatum: dentibus breuibus conniuentibus.

COROLLAE PETALA oblonga, calice maiora, obsolete emarginata, leuiter torta, flaua, demum rubella.

FILAMENTA infra medium coalita, glabra, dilute virescentia. Antherae semibisidae, e parte laterali secundum longitudinem dehiscentes, glabrae, pallescentes.

GERMEN pentagonum, villosum, viridulum. Stili quinque, conglutinati, inferne pilis breuibus vix nisi lente visibilibus adspersi, virescentes. Stigmata simplicia.

CAPSVLA calice persistente tecta, pedicellata, fusca, pentagona quinquelocularis, quinqueualuis, apice ad angulos dehiscens: valuulis extrorsum concauis, intus e medio septiferis.

SEMINA in vnoquoque loculamento plura, reniformia, grisea, punctis eleuatis albidis adspersa, margini dissepimentorum vtrinque adnexa.

Habitat in iisdem cum priori locis. ♄

Tempus flor. a Iunio ad Augustum. Semina perficit Nouembri aut Decembri. Cultura et propagatio cum antecedenti eadem.

Systemati inseratur pone Hermann. *inuolucratam* Cav.*), cui habitu et floribus inuolucratis proxime accedit, ab ipsa tamen diuersa foliorum forma, floribus fastigiatis, petalis leuiter tortis aliisque notis abunde distinguitur.

LINNE Hermanniae loculamenta monosperma adscripsit, quae vero secundum recentiorum CAVANILLES et GAERTNERI obseruationes polysperma sunt, quod etiam vtraque nostra Hermannia confirmatur et in aliis congeneribus confirmari abunde potest.

Expl. Tabulae. a. Flos. b. Idem auctus c. Calix d. Idem auctus e. Petalum f. Idem auctum g. Stamina cum pistillo h. Eadem aucta i. Pistillum k. Idem auctum l. Capsula calice adhuc tecta m. Eadem calice denudata et aperta n. Eadem sectione transuersali o. Semen separatum.

*) Sexta Dissertatio Botanica de Camellia, Gordonia etc. Parisiis. 1788. n. 475. t. 177. t. 1. Syst. Natur. ed. Gmel. Tom. II. p. 1010. n. 6.

TAB. VI.

SOLIDAGO VISCOSA.

SYNGENESIA POLYGAMIA SVPERFLVA.

CHAR. ESS. EMEND. Recept. ſcrobiculatum Pappus dentatus. Coroll. radii 5 - 10, rarius plures. Anthodii ſquamae imbricatae, inaequales, conniuentes.

SOLIDAGO viſcoſa, caule fruticoſo erecto, foliis ouato-lanceolatis ſerratis, floribus corymboſis.

FRVTEX quinquepedalis, erectus, reſinam olens.

CAVLIS ramoſus, teres, cortice inferne fuſco; ſuperne ſubuiſcido vireſcenti tectus. Rami diuiſi, alterni, patentes, folioſi, teretiuſculi, ſtriati, vireſcentes, materia viſcida valde tenaci obducti, qua etiam, corollis ac genitalibus exceptis, reliquae plantae partes denſe obſidentur.

FOLIA alterna, ouato-lanceolata, vtrinque attenuata, baſi leuiter in petiolum decurrentia, margine profunde ac aequaliter ſerrata, coriacea, vnineruia, venoſa: venis ad marginem reticulatis; ſupra viſco quaſi vernice obducta, ſaturate viridia, ſubtus dilutiora minus viſcida; inferiora longius petiolata maiora patentiſſima, media breuius petiolata patentia, ſuperiora ſubſeſſilia minora magis erecta. Petioli canaliculati, ſtipulis deſtituti.

FLORES parui, flaui, in corymbum terminalem erectum diſtributi.

PEDVNCVLI communes, alterni, patentes, euidentius ſtriati, diuiſi et ſubdiuiſi. Pedicelli breuiſſimi, vniflori. Bracteae lineari-lanceolatae, integrae, ſolitariae, patentes.

ANTHODIVM imbricatum: ſquamis inaequalibus, obtuſiuſculis, vireſcentibus, margine albidis.

COROLLA compoſita radiata.

Floſculi *hermaphroditi* diſci 10 - 16, infundibuliformes, limbo quinquedentato.

Floſc. *femin.* rad. plures, 36 - 40, ligulati, ouato-oblongi (in icone nimis ouati exhibentur) obtuſe bidentati vel emarginati.

FILAMENTA *hermaphrod.* ſyngeneſiae.

STILVS *femin.* ſtaminibus paulo longior. Stigma bifidum: laciniis *hermaphrod.* clauatis, pubeſcentibus, conniuentibus, rarius exſertis; *femin.* anguſtioribus, nudis, patentiſſimis.

RECEPTACVLVM planum, ſcrobiculatum, a ſcrobiculorum marginibus leuiter dentatum.

SEMINA *hermaphrod.* vtplurimum ſterilia, *femin.* parua, oblonga, obſolete ſtriata, glabra, fuſca. Pappus capillaris, dentatus.

Habitat — — — ?. ♄

Tempus flor. per totam fere aeſtatem; ſemina fert exeunte autumno. Tempore aeſtiuo laetiſſime ſub dio vegetat; per hyemem in frigidario aſſeruanda. Propagatur per ſemina.

A congeneribus noſtra planta maiori floſculorum ſemineorum numero et floribus hermaphroditis vtplurimum ſterilibus diſcrepat. Sed floſc. feminei etiam in nonnullis aliis numerum 20 excedunt, et hermaphroditi forte non niſi in noſtro climate abortiuntur, quod certe haud raro et aliis a ſolo natali remotis plantis contingere ſolet. Quam ob rem et ne ſyngeniſtaram genera nimis multiplicarentur, Solidaginis potius generi plantam noſtram adſcribere, quam nouum genus ex ea conſtituere volui.

Expl. Tabulae a. Flos auctus. b. Idem ſectione perpendiculari. c. Flos femineus. d. Fl. hermaphr. e. Fl. femin. auctus. f. Fl. hermaphrod. auctus. g. Anthodium maturum explicatum ſectione perpendiculari. h. Idem ab interna parte redditum. i. Semen cum pappo auctum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [18] - 12

SERTVM HANNOVERANVM

SEV

PLANTAE RARIORES

QVAE IN

HORTIS REGIIS HANNOVERAE VICINIS

COLVNTVR.

AVCTORIBVS

HENRICO ADOLPHO SCHRADER

ET

IOANNE CHRISTOPHORO WENDLAND.

VOLVM. I. FASCICVL. II.

GOETTINGAE,

PROSTAT VENALE APVD VANDENHOECK ET RVPRECHT.

cIↃIↃccLxxxxvi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [19] -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [20] - -

TAB. VII. *)

PROTEA PVLCHELLA.

TETRANDRIA MONOGYNIA.

CHAR. ESSENT. vid. in Fasciculo priori.

Sectio * Pinnatae, *foliis pinnatis, filiformibus.*

PROTEA foliis bipinnatis filiformibus glabris, strobilis ouato-oblongis terminalibus verticillatis: squamis calicinis sericeis apicula reflexa terminatis.

FRVTEX quadripedalis, erectus.

CAVLIS ramosus, teres, cortice fusco. Rami alterni, erecti, saepius flexuosi, teretes, sericei, folioſi, floriferi.

FOLIA sparsa, petiolata, filiformia, teretiuscula, bipinnata: pinnis oppositis, inflexis; pinnulis alternis mucrone rigido flauescente terminatis, canaliculata, coriacea, glabra, saturate viridia, per lentem spectata punctis dilutioribus adsperſa. Petioli vnciales vel sesquiunciales, erecti, foliorum pinnis similes, basi crassiores flauescentes. Stipulae nullae.

FLORES strobilacei, terminales, ouato-oblongi. Strobilus primarius sesquiuncialis, ad cuius basin 3-6 stipitati triplo minores verticillatim positi.

PEDVNCVLI breues, incrassati, sericei.

CALIC. squamae vniflorae, suberosae, obtusae, apicula reflexa terminatae, externe sericeae, interne leuiter striatae glabrae.

COROLLA tetrapetala, calicinis squamis multo longior, albido-pallescens; petala angusta, vtrinque paulo latiora, deflexa, externe pariter sericea, interne glabra, apicem versus foueola oblonga insculpta.

STAMINA quatuor, quorum singula singulis petali cauitatibus impressa, absoluta vero fructificatione paulo exserta. Filamenta compressa, pallescenti-albida. Antherae interiori filamentorum margini adnatae, vniloculares, longitudinaliter dehiscentes, flauae.

GERMEN ouato-acuminatum, viride, villis erectis mollibus nitentibus stilum fere aequantibus obsessum. Stilus gracilis, teres, nudus, dilute flauo-virens, reflexus. Stigma clauatum, vtrinque attenuatum, pubescens, stilo concolor et cum illo ad fructus maturitatem persistens.

NVCES trigonae, vniloculares, monospermae, apice stilo persistente terminatae, villosae, fuscescentes. Hae singulae intra singulas strobili persistentis et per aetatem conici ac durioris squamas contentae.

SEMINA ad basin stilo adnata, glabra, fuscescentia. Integumentum simplex, membranaceum. Nucleus albus.

Habitat in Nouae Hollandiae sinu Botany-bay. ♄

Temp. fl. mens. Iulii aut Augusti; semina fert Decembri. Aestate optime sub dio viget, tempore hyemali in frigidario asseruanda. Propagatur per semina et forte etiam per taleas.

Foliorum diuisione pulchellae huic speciei plurimae Proteae affines sunt, flores vero in strobilos collecti inque verticillum terminalem dispositi, eam ab omnibus Proteis, foliis bipinnatis instructis, distinguunt.

Expl. Tabulae. a. Corolla separata. b. Petalum. d. Idem auctum. c. Pistillum. e. Idem auctum.

*) Lectorem monemus, et huius Fasciculi plantas ex horto BERGGARTEN esse desumtas, eumque tertii et quarti Fasciculi materiem esse subministraturum, quae primo Volumini absoluendo satisfaciet.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [21] - 15

TAB. VIII.

DIOSMA VNIFLORVM LINN.

PENTANDRIA MONOGYNIA.

CHARACT. ESSENT. EMEND. Corolla 5petala. Nectarium plicatum, ſupra germen. Capſulae 3-5 coalitae, rarius vnica 5locul. 5valuis. Semina arillo elaſtico obuallata.

DIOSMA foliis ouato-oblongis, floribus ſolitariis terminalibus. Lin. Syſt. Nat. ed. Gmel. II. p. 409. n. 17. Spec. Plant. ed. Reich. T. I. p. 558. n. 12.

FRVTEX humilis, ſeſqui- vel bipedalis, erectus, reſinam olens.

CAVLIS ramoſiſſimus, teres, cortice cicatricibus ſcabro fuſco. Rami ramuloſi, folioſi, alterni, curuati, erecti, teretiuſculi, ſubrimoſi, leuiter pubeſcentes, ſuperne glandulis minutis obſeſſi, pallide fuſci.

FOLIA ſparſa, ſubſeſſilia, patentia, ouato-oblonga, integerrima, coriacea, vnineruia, margine pone apicem ſcabriuſcula, baſi haud raro pilis ſparſis hirta; ſupra conuexa laeuia glabra ſaturate viridia, ſubtus concaua glanduloſa flauo-viridia. Petioli breuiſſimi, compreſſi, margine ciliati, flaueſcentes. Stipulae nullae.

FLORES in ramorum ramulorumque apicibus terminales, ſolitarii, ſeſſiles, ſpecioſi. Bracteae nullae.

PERIANTHIVM monophyllum, 5fidum: lacinĭis ouato acuminatis, patentibus, interne glabrum, externe glanduloſum, pilis ſparſis hirtum, colore dilute e viridi fuſceſcente.

PETALA quinque, obouata, vnguiculata, calice multo maiora, patentia, ex albido carnea, linea rubra per medium decurrente notata, ſubtus et margine leuiter pubeſcentia.

NECTARIVM glandula annularis, quinqueplicata, viridis, ſupra germen calicis margini interiori filamentorum baſi inſerta.

FILAMENTA quinque, breuia, ſubulata, teretia, pilis viſcidis hirta, rubella. Antherae ouatae, biloculares, flauo-rubeſcentes, ad latus internum infra apicem tuberculo viſcoſo viridi ſub pollinis diſperſione ſeſe reflectente inſtructae. Cum his alternant filamenta longiora, incurua, pilis pariter erectis et viſcidis hirta, rubella, tuberculis conuexis viſcidis purpureis terminata.

GERMEN ſubrotundum, ſubpentagonum, pilis glanduliferis viſcidis obſeſſum, viride. Stilus teres, nudus, ſtaminibus breuior, viridis, erectus, ante fructificationem vero curuatus et in germine decumbens vt obiter inſpicienti nullus adeſſe videatur. Stigma quinquecapitatum.

CAPSVLA calice perſiſtente obtecta, ouata, tuberculoſa, hirta, palleſcenti-fuſca, transuerſim venoſa, 5angularis, 5locularis, 5valuis *): valuulis extrorſum concauis, intus e medio ſeptiferis.

RECEPTACVLVM nullum, ſemina funiculo paruo compreſſo interiori diſſepimentorum margini affixa.

SEMINA in quouis loculamento 2 **), altero ſemper abortante, arillata, oblonga, turgide lenticularia, laeuiſſima, atra, ad latus internum vmbilico paruo albo notata. Teſta cruſtacea, fragilis; membrana interna tenuiſſima, albida, in baſi chalaza parua fuſceſcente inſtructa.

ARILLVS loculamento conformis, cartilagineus, lacuiſſimus, ſtraminei coloris, apice elaſtice in 2 valuas dehiſcens.

Habitat ad Caput Bonae Spei. ♄

Tempus flor. menſe Maji aut Junii; fructus perficit Septembri. Aeſtate ſub dio vegetat, per hyemem in frigidario aſſeruandum. Propagatur per ſemina et taleas.

A PLUCKNETIO vti et nuperrime a CURTISIO ***) D. *vniflorum* icone iam redditum eſt, nihilominus tamen ſpecioſam hanc plantam in ſertum noſtrum recipere non dubitauimus; cum non ſolum integrae Dioſmatis fructificationis delineatio adhuc deſideretur, ſed etiam quia noſtra ſpecies capſulae ſtructura ab omnibus congeneribus omnino recedit. — Conferenti HAENKEAE characterem genericum, nullum dubium erit, nouum hoc a Cel. SCHMIDTIO †) conſtitutum genus valde affine eſſe Dioſmati, et ab hoc non niſi fructu vnicapſulari, et arillorum defectu differre; HAENKEAM vero *punctatam* SCHM. non vnam eandemque plantam eſſe cum Dioſm. *vniflora*, contra ſententiam auctoris cuiusdam anonymi Diarii med. Salzburgenſis ††) vt probetur, vix neceſſe eſt.

Expl. Tabulae. a. Calix absque petalis et nectario. b. Petalum. c. Flos petalis et calicis laciniis denudatus. d. Idem anterioribus ſtaminibus et filamentis ſtaminiformibus deſtitutus, vt piſtillum fructificationis tempore appareat. e. Stamen ab exteriori parte. f. Idem a latere. g. Idem ab interiori parte ſpectatum. h. Piſtillum. i. Calicis tubus anteriori parte denudatus et auctus, germinis ſitum ſub nectario nec non ſtilum curuatum et decumbentem oſtendens. k. Stamen a parte exteriori cum tuberculo viſcoſo erecto, per lentem auctum. l. Calicis tubus explicatus cum nectario, ſtaminibus et filamentis ſtaminiformibus, per lentem viſus. m. Piſtillum pilis glanduliferis obſeſſum, auctum. n. Germen transuerſe ſectum et auctum cum ſitu et inſertione ſeminum. o. Capſula calici incluſa. p. Eadem calice denudata et dehiſcens. q. Eiusdem ſectio transuerſalis cum ſeminum abortantium ſitu et inſertione. r. Eadem longitudinaliter ſecta. s. Arillus elaſticus dehiſcens. t. Semen denudatum. u. Idem auctum. v. Idem dimidia parte teſta denudatum et per lentem ſpectatum cum nucleo libero. w. Nucleus cum chalaza fuſca.

*) Ex WENDLANDII obſeruatione in D. noſtro, *lanceolato*, *ciliari*, *rubro* aliisque capſulae in aere ſubcalido non niſi apice, calidiſſimo vero ad baſin vsque dehiſcunt.

**) Secundum LINNAEUM et GAERTNERUM ſingulae Dioſmatis capſulae ſemina ſolitaria continent, cum vero a WENDLANDIO in ſingulis loculamentis noſtrae ſpeciei ſemper 2 (quorum alterum forte non niſi in noſtra regione abortit) obſeruata ſint; melius cum JUSSIEU (Gener. Plant. p. 298.) in hoc genere cocculi vel loculamenta mono- aut polyſperma aſſumuntur.

***) Botanical Magazine. London. Vol. VIII. t. 273.

†) Neue und ſeltene Pflanzen, nebſt einigen andern botan. Beobachtungen herausgegeben. Prag. 1793. — USTERI Botan. Annal. faſc. 6. p. 117.

††) Anni 1793. n. 61.

Tab. IX.

ZYGOPHYLLVM FOETIDVM.

DECANDRIA MONOGYNIA.

Char. Essent. Calix pentaphyllus. Petala quinque. Filamenta basi squamulosa: squamulis circa germen conniuentibus. Capsula 5locularis.

Sectio ** *foliis coniugatis.*

Zygophyllvm foliis petiolatis: foliolis obouatis, floribus nutantibus: petalis reflexis incisis.

Frvtex tri- vel quadripedalis, diffusus, glaber, odorem foetidum alliaceum spirans.

Cavlis ramosissimus, tetragonus, cicatricibus scaber, pallescenti-fuscus. Rami ramulosi, alterni, reflexi, curvati, fragiles, tetragoni, concolores. Ramuli teretiusculi, foliosi, floriferi, virides.

Folia opposita, petiolata, coniugata: foliolis obouatis integerrimis, carnosis, vnineruiis, vtrinque glaberrimis, laete viridibus. Petioli foliolis breuiores, canaliculati. Stipulae laterales, binae, oppositae, ouatae, membranaceae, margine pubescentes.

Flores monoitichi, ad latera baseos petiolorum subaxillares terminalesue, bini aut terni, nutantes. Bracteae stipulis conformes, sed bifidae et reflexae.

Pedvncvli vnciales, vniflori, teretes, apice incrassati.

Perianthivm pentaphyllum: foliolis inaequalibus, concauis, obtusis, extrinsecus tomento leui candido obductis.

Petala quinque, reflexa, calice triplo maiora, sub germinis disco inserta, obouata, breuiter vnguiculata, vt plurimum apicem versus inaequaliter incisa, margine saepius inuoluta, etiam plicata, glaberrima, aurantiaco-flaua, prope basin macula obcordata purpurea notata.

Nectarivm constituunt glandulae admodum paruae, disco annulari decemangulato insertae, succum nectarinum, intra filamentorum squamas contentum, secernentes.

Filamenta decem, teretia, flaua, basi compressa squamulosa: squamulis totidem circa germen conniuentibus, oblongis, margine reflexis, inaequaliter ciliatis, concoloribus. Antherae subcordatae, biloculares, luteae.

Germen ouatum, pentagonum, viride. Stilus subulatus, basi leuiter striatus, viridis, sub fructificatione rectus filamentis breuior, deinceps curuatus paulo longior. Stigma acutum.

Capsvla ouato-subrotunda, subpentagona, quinquelocularis, apice quinquefariam dehiscens. Valuulae receptaculo adnatae, ante plenam maturitatem crassae, carnosae, deinceps exsuccae, parte interiori cartilagineae, nitidae.

Receptacvlvm columnare, subulatum, in axi fructus positum, capsulae dehiscentis tempore subquinquepartibilis: laciniis singulis cuique dissepimentorum margini centrali adhaerentibus.

Semina octo ad decem in quouis loculamento, quorum vero non nisi duo matuescunt, inaequaliter ouata, glabra, nigra, ope funiculi parui compressi receptatulo affixa.

Habitat ad Caput Bon. Sp. — ? ♄ ex horto belgico ante plurimos annos nomine Zygoph. *arborei* introductum.

Temp. flor. per totam fere aestatem; fructus matuescit Decembri aut Januario. Aestate sub dio, hyeme in frigidario asseruandum. Per semina, facilius vero per taleas propagatur.

Ad Z. *foetidum* proxime accedunt *retrofractum* et *Fabago*. Priori Ill. Thunbergius *) folia ouata et caulem retrofractum adscripsit, characteres minime huic speciei conuenientes; posteriori nostra planta non nisi quoad habitum et foliorum formam affinis, odore foetido, imprimis florum et fructuum structura diuersissimam speciem constituit.

Viri Cel. Ant. Laur. Jussieu **) auctoritatem sequutus, filamenta basi squamulosa, nec cum Linnaeo aliisque nectarifera dixi; nam et secundum Wendlandii et meas obseruationes in Z. *foetido*, *sessilifolio*, *Fabagine* et *Morgsana*, succus nectarinus fundo florum contentus, non ex filamentorum squamulis, sed ex germinis disco secernitur. — Gaertnerus †), vti et Jussieu ††), in Zygophylli charactere constituendo capsulam oblongam statuunt, fructus vero formam in hoc, vt in plurimis aliis generibus, nullam notam distinctiuam exhibere posse, satis patet ex eo, quod nostri Zygophylli icon capsulam subrotundam repraesentat, *sessilifolium* depresso-rotundatam, *microphyllum* emarginatam, aliae species aliter formatam constituunt.

Explicat. Tab. a. Calix ab exteriori parte visus. b. Stamina cum pistillo, quemadmodum fructificationis tempore apparent. c. Stamen auctum. d. Germen cum adhaerente disco nectarifero, per lentem auctum. e. Capsula. f. Eadem loculamentis duobus anterioribus denudata, ad monstrandum situm et insertionem seminum, quorum in altero loculamento 2 matura, in altero vero 10 sterilia apparent. g. Eiusdem sectio transversalis. h. Semen remotum. i. Idem dissectum cum situ embryonis. k. Embryo denudatus.

*) Prodromus Plantarum Capensium p. 80.
**) Genera Plant. p. 296.
†) De Fructib. et Semin. Plant. Vol. II. p. 144.
††) Gen. Plant. l. c.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [23] - 17

TAB. X.

MELASTOMA CYMOSVM.

DECANDRIA MONOGYNIA.

CHAR. ESSENT. Calix 4-5fidus, campanulatus. Petala 4-5, calici inſerta. Bacca (vel capſula) 2-5locularis, calice obuoluta, polyſperma.

Sectio ** *floribus decandris*
†††† *foliis ſeptemneruiis.* *)

MELASTOMA foliis cordato-acuminatis denticulatis pubeſcentibus, floribus terminalibus cymoſis.

FRVTEX humilis, bipedalis, erectus, ſucculentus.

CAVLIS ramoſus, obtuſe tetragonus, verrucis oblongis adſperſus, fuſcus. Rami oppoſiti, erecti, conformes, folioſi, floriferi, vti tota fere planta, pilis breuiſſimis aduncis pubeſcentes, virides.

FOLIA oppoſita, petiolata, patentia, cordato-acuminata, margine leuiter dentata, ſeptemneruia; ſupra pilis ſparſis hirta, ſubtus dilutiora ſecundum neruos et neruulos pubeſcentia. Petioli ſemunciales, teretes, ſtipulis deſtituti.

FLORES in ramorum apicibus terminales, rarius axillares, cymoſi, ſpecioſi, purpuraſcentes. Bracteae nullae.

PEDVNCVLI communes quatuor vel quinque, craſſiuſculi, purpurei, multiflori; partiales alterni, breuiſſimi, vniflori.

PERIANTHIVM monophyllum, campanulatum, pentagonum, quinquedentatum, pilis ſparſis hirtum, et glandulis viſcidis, ſiccitate punctum rubrum relinquentibus, adſperſum. Color e viridi purpuraſcens.

PETALA quinque, calicis fauci inſerta, patentia, magna, ouata, apice breuiter appendiculata.

NECTARIVM germinis apicem coronans, pateriforme, quinquelobum, margine pilis paruis, non niſi lentis ope diſtinguendis, adſperſum.

FILAMENTA decem, calicis margini ſub petalis inſerta, patentia, compreſſa, flaueſcentia, alterne breuiora anguſtioraque. Antherae filamentorum breuiorum oblongae, compreſſae, ſupra baſin contractae, interne longitudinaliter hiſſae, flauae; antherae filamentis longioribus adhaerentes, falcatae, pariter compreſſae et ad latus internum ſulco longitudinali exaratae, ex purpureo violaceae, maiori pollinis copia foetae, baſi deſinentes in proceſſus incuruatos apice incraſſatos obtuſos flaui coloris cum ipſis antheris circulos dimidiatos conſtituentes.

GERMEN interum, ouato-rotundum, calici ad nectarium vsque adnatum. Stilus declinatus, teres, ſtamina aequans, purpuraſcentis, baſi vireſcentis coloris. Stigma acutum.

CAPSVLA calici connata, ſubrotunda, quinquelocularis, apice quinquefariam dehiſcens.

RECEPTACVLVM pentagonum, carnoſum, cum diſſepimentis connatum.

SEMINA in ſingulis loculamentis plura, parua, oblonga.

Habitat in America meridionali. ♄

Temp flor. a Julio ad Auguſtum; fructus matureſcunt exeunte autumno. Hoſpitatur in caldario. Per ſemina et taleas propagatur.

Plantam noſtram nec LINNAEI ſpeciebus conuenientem, neque a VV. Cl. AUBLETIO **), SWARTZIO †) et RICHARDIO ††), qui recentioribus temporibus Melaſtomatis genus quam maxime auxerunt, deſcriptam inueni. M *grandiflorum* Aubl. habitu quidem et foliorum forma noſtrae ſpeciei affiné, verum ſuperficie hirta, inflorescentia et imprimis ſingulari partium fructificationis ſtructura diuerſum. — De Melaſtom. et affinium generum charactere eſſentiali alio loco ſententiam meam proferam.

Expl. Tab. a Flos. b. Petalum. c. Calix cum genitalibus. d. Calicis margo a germine ſeparatus et explicatus vt filamentorum inſertio melius appareat. e. Stamen maius. f. Idem auctum. g. Stamen minus. h. Idem auctum. i. Germen cum nectario. l. Idem auctum. k. Germen ſectione transuerſali. m. Germen vertice transuerſim ſectum et per lentem auctum.

*) Huic ſubdiuiſioni adnumeranda eſt M. *ſeptemneruia* Lour. Fl. Cocochin. T.I. p. 273. Ed. Vlyſſip.; forte etiam nonnullae aliae ſub decandr. quinquenerv. allatae ſpecies huc pertinent.

**) Hiſtoire des Plantes de la Guiane Franc. T.I. p. 402 et ſq.

†) Noua Genera et Spec. Plant. p. 68-73.

††) Actes de la Societé d'Hiſt. Nat de Paris. P.I. p. 109.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [24] - 18

Tab. XI.

MELALEVCA LINEARIS.

ICOSANDRIA MONOGYNIA.

Char. Essent. Emend. Calix 5fidus vel 5dentatus. Corolla pentapetala. Capſula calicis ventre corticata, 3-5-vel-multilocularis, apice in totidem valuulas dehiſcens.

Sectio * *Icoſandrae.* †)

† *capſula triloculari.*

Melalevca foliis linearibus carinatis: iunioribus villoſis, floribus lateralibus ſeſſilibus confertis.

Frvtex ſex ad ſeptem pedes altus, erectus, laxus.

Cavlis ramoſus, teres, ſcaber, nudus, palleſcenti-albidus. Rami ramuloſi, virgati, laxi, ſubuerticillati, teretes. Ramuli pariter ſubuerticillati, folioſi, floriferi, teretiuſculi, ſuperne ſubangulati villoſi, fuſceſcentes.

Folia ſubſeſſilia, ſparſa, linearia, carinata, ſaepius falcata, etiam aduerſa, apice mucrone rigido purpureo terminata, integerrima, coriacea, vnineruia; iuniora villoſa vireſcentia, adultiora glabra viridia glandulis pellucidis notata, feneſcentia rigidiora ſcabra e fuſco purpuraſcentia.

Flores in ramulorum medio conferti, ſeſſiles: ſuperioribus per folia interſtinctis. Bracteae ſingulos flores includentes, ante antheſin vero deciduae, ſenae, ſcarioſae, leuiter villoſae, fuſceſcentes, tribus exterioribus breuioribus et obtuſioribus.

Perianthivm turbinatum, ſuberoſum, pube molli obſeſſum, quinquedentatum, dentibus breuibus obtuſis fuſceſcentibus.

Petala quinque, calicis margini interiori inſerta, rotundata, concaua, membranacea, rigidula, viridia, punctis dilutioribus notata, extrinſecus et margine leuiter pubeſcentia.

Nectarivm conſtituit margo membranaceus, calicis margini interiori adnatus, vireſcens.

Filamenta libera, numeroſa, 36-48, calici intra petala et nectarium inſerta, filiformia, vncialia, inferne compreſſa, glabra, purpurea. Antherae incumbentes, ouato-oblongae, didymae, flauae.

Germen fundo calicis infra medium adnatum, ſubrotundum, viride, libera parte villis denſis appreſſis niueis tectum. Stilus filiformis, attenuatus, leuiter curuatus, ſtaminibus longior, viridis. Stigma capitatum.

Capsvla matura deflexa, ſubrotunda, coriacea, calice palleſcenti-cinereo rimoſo ſemiueſtita, trilocularis, apice trifariam dehiſcens. Diſſepimenta contraria.

Receptacvlvm conſtituit tuberculum ſubrotundum, ad internum cuiusuis diſſepimenti angulum, axi affixum.

Semina in quouis loculamento plura, linearia, angulata, fuſceſcentia.

Habitat in Nouae Hollandiae ſinu Botany-bay. ♄

Tempus flor. a Junio ad Julii menſem; fructus perficit Decembri. Aeſtate ſub dio vegetat, per hyemem in frigidario aſſeruanda. Per ſemina et taleas regeneratur.

Secundum Gaertnervm haec ſpecies Metroſideri generi adnumeranda eſſet, ſed potius Schrebervm ††), Vir. Illuſtriſſ. ſequendum cenſeo, qui ad genus naturale conſeruandum, poſthabita Polyadelphia, Gaertneri Metroſiderum, Leptoſpermum et Melaleucam ſub poſterioris nomine in vnum genus coniunxit. Differentia quidem inter libera et in phalanges diſtinctas digeſta ſtamina omnino leuis non eſt, maioris vero momenti haud videtur eſſe, quam ſexus diuerſitas; et ſi haec in generibus conſtituendis non ſemper valet, ad illam quoque reſpici nequit. Saltem ab ipſo Linnaeo genera, eaque naturalia conſtituta eſſe, licet ſpecies comprehendant, quarum aliae ſtaminibus liberis, aliae baſi coniunctis inſtructae ſint, confirmant Mimoſa, Lyſimachia, Allium, Croton et plurima alia. Fabriciam, a Metroſidero et Leptoſpermo non niſi capſula multiloculari recedentem, etiam ad Melaleucam refero. Philadelphus vero, quamuis multa ſimilia habeat cum Melaleuca, diſtinctum genus conſtituere meretur.

Explicat. Tabulae. a. Bractea. b. Flos. c. Idem ſtaminibus et ſtilo deſtitutus. d. Idem ſine petalis. e. Stamen. f. Calix ab anteriori parte denudatus et auctus vt ſitus et inſertio piſtilli melius perſpici poſſet. g. Capſula calice ſemiueſtita. h. Eadem aucta. i. Eadem ab anteriori calicis parte denudata et per lentem viſa. k. Eadem a toto calice denudata et aucta. l. Sectio transuerſalis capſulae auctae. m. Semina aucta.

†) * Icoſandrae.
† capſula 3loculari. Metroſideros Banks et Gaertner de Fruct. et Sem. Vol. I. p. 170-172. t. 34.
†† — 5loculari. Leptoſpermum Gaert. l.c. p. 174. t. 35.
††† — multiloculari. Fabricia Gaert. p. 175. t. 35. f. 4.
** Polyadelphae. Melaleuca Gaertner p. 172-173. t. 35. f. 1.

††) Genera Plantar. Vol. I. p. 332.

Tab. XII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [25] - 19

TAB. XII.

INDIGOFERA GRAVEOLENS.

DIADELPHIA DECANDRIA.

CHARACT. ESSENT. Calix patens. Corollae carina vtrinque calcari ſubulato patulo. Legumen lineari-oblongum, ſaepius tetragonum. Semina cuboidea. *)

Sectio **** *foliis pinnatis.*

INDIGOFERA pubeſcenti-viſcoſa, foliolis obouatis, racemis axillaribus, leguminibus teretiuſculis pendulis.

PLANTA herbacea, vni- vel bipedalis, erecta, viſcoſa, graueolens.

RADIX annua, fibroſa, albida.

CAVLIS ramoſus, teres, vti rami petioli ac pedunculi tota fere planta pilis glanduliferis viſcidis, aliisque medio affixis decumbentibus rigidis et tactu facile deciduis, obſeſſus. Rami alterni, erecti, teretes.

FOLIA alterna, pinnata cum impari: pinnis quinque- vel ſexiugis, oppoſitis, petiolatis, obouatis, ſubtus pilis breuiſſimis appreſſis albidis et margine glanduliferis viſcidis adſperſis. Petioli ſeſquiunciam et vltra longi, erecto-patuli, canaliculati. Pedicelli breuiſſimi, teretes. Stipulae ad latera baſeos petiolorum geminae, oppoſitae, ſubulatae, patentes.

RACEMI axillares, erecti, floribus ſex ad decem, paruis, purpuraſcentibus. Bracteae ad ſingulos flores ſolitariae, calice minores, reflexae.

PEDVNCVLVS communis petiolis dimidio brevior, erectus, teres, gracilis. Pedicelli alterni, breuiſſimi.

PERIANTHIVM monophyllum, quinquefidum: laciniis anguſtis, patentibus.

COROLLA papilionacea.

Vexillum obouato-rotundatum, baſi leuiter attenuatum, reflexum, dorſo pilis ſparſis hirtum.

Alae cuneiformes, vexillum fere aequantes, horizontales.

Carina obtuſa, vtrinque baſi calcare obtuſiuſculo notata, inferne leuiter hirta.

FILAMENTA diadelpha, teretia, apicibus adſcendentibus purpureis. Antherae ſubrotundae.

Germen cylindricum, teres, pubeſcens, viride. Stilus ſtaminibus brevior, adſcendens, concolor. Stigma ſubrotundum.

LEGVMEN lineare, teretiuſculum, pendulum, pilis glanduliferis obſeſſum, fuſceſcens, multiloculare, biualue. Diſſepimenta membranacea, alba, a valuulis facile ſeparabilia.

SEMINA ope funiculi breuiſſimi futurae affixa, dena vel duodena, in ſingulis vero loculamentis ſolitaria, ſubcubica, glabra, palleſcentia.

Habitat in Guinea —? ☉

Tempus flor. aeſtate; ſemina fert autumno. Aſſeruatur in vaporario.

1. *hirſuta* caule erecto herbaceo, ſuperficie pubeſcenti-viſcoſa, foliolis obouatis aliisque notis *graueolenti* proxime affinis eſt; differt vero foliis biiugis patentiſſimis multo maioribus, floribus ſpicatis, ſtipulis ſemuncialibus, praecipue autem leguminibus tetragonis, et quod odore graueolenti deſtituta ſit. Ad Indigoferam noſtram etiam in nonnullis partibus accedunt *dendroides* **) et *hendecaphylla* ***); haec vero, exceptis aliis characteribus, caulibus proſtratis et leguminibus tetragonis rectis, illa caule ſuperne ramoſo et foliis multiiugis facile diſtingui poteſt.

Expl. Tabulae. a. Flos. b. Idem auctus. c. Calix. d. Vexillum. e. Ala. f. Carina. g. Stamina. h. Germen. i. Legumen. k. Valuula cum diſſepimentis. l. Semen ſeparatum.

*) GAERTN. de Fructib. et Semin. Plant. Vol. II. p. 317.

**) JACQUIN Collectanea. Vol. II. p. 357. Eiusd. Icones Plant. Rarior. Vol. II. faſc. 3. t. 20.

***) JACQ. Collect. loc. cit. p. 358. Icones loc. cit. t. 21.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [26] - 20

SERTVM HANNOVERANVM

SEV

PLANTAE RARIORES

QVAE IN

HORTIS REGIIS HANNOVERAE VICINIS

COLVNTVR.

AVCTORIBVS

HENRICO ADOLPHO SCHRADER

ET

IOANNE CHRISTOPHORO WENDLAND.

VOLVM. I. FASCICVL. III.

GOETTINGAE,

PROSTAT VENALE APVD VANDENHOECK ET RVPRECHT

cIↃIↃCCLXXXXVII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [27] -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [28] - -

TAB. XIII.

SELINVM DECIPIENS.

PENTANDRIA DIGYNIA. *VMBELLATAE.*

CHARACT. ESSENT. Inuolucrum polyphyllum. Fructus compreſſo-planus, ouali-oblongus, medio ſtriatus, lateribus membranaceis.

S. caule lignoſo inferne nudo, foliis inferioribus bipinnatis: pinnulis lanceolatis integris inciſisque ferratis.

PLANTA quinque- vel ſexpedalis, erecta, facie arboris.

CAVLIS teres, lignoſus, ſolidus, diametri vncialis et vltra, a foliis praeteritorum annorum deciduis annulatus, laeuis, fuſcus, nudus, ſuperne in 7-9 ramos diuiſus. Rami ramuloſi, alterni, erecto-patentes, folioſi, floriferi, ſtriati, vti ſuperior caulis pars pubeſcentes ac virides. Ramuli curuati, obſolete ſtriati, glabri.

FOLIA *inferiora* longe petiolata, alterna, maxima, tres pedes longa, 1½-2 lata, dependentia, bipinnata cum impari. Pinnae 3-4iugae, petiolatae, oppoſitae, acute ferratae, venoſae, glabrae: inferioribus breuiter petiolatis, pinnatifidis aut lobato-inciſis: ſuperioribus vt plurimum ſeſſilibus, lanceolatis, modo integris, modo varie inciſis. Pinnulae impares plerumque maiores, pinnatifidae vel inciſo-lobatae. *Superiora* folia breuius petiolata, ſubbipinnata, pedem- aut ſeſquipedem longa; *ramea* ſubſeſſilia, pinnata, pinnis ſeſſilibus ſubintegris; *ſumma*, quae ramulis inſident, ſeſſilia, pinnatifida aut lobata, margine inferiori membranaceo ciliato. Petioli ex vagina amplexicauli margine membrana aucta, ortum ducentes, leuiter ſtriati, ſuperne canaliculati, glabri, hinc inde pilis adſperſi.

VMBELLAE ramos ramulosque terminantes, longe pedunculatae, erectae, conuexae; radiis (in primariis) 20-24, ſeſqui- vel biuncialibus, obſolete ſtriatis, pubeſcentibus. Vmbellulae paruae, confimiles, cernuae; radiis bi-trilinearibus, ſubtetragonis: exterioribus longioribus.

INVOLVCRVM *vniuerſale* polyphyllum, reflexum; foliolis inaequalibus, radio breuioribus, oblongis, vtrinque attenuatis, apice inciſis vel integris, venoſis, margine membranaceis et leuiter ciliatis; *partiale* confimile, foliola vero acutiora, integra, margine purpuraſcentia et luculentius ciliata; *proprium* quinquedentatum vix manifeſtum.

COROLLA *vniuerſalis* vniformis. Floſculi fere omnes fertiles, ſordide albidi. Propria pentapetala, petalis lanceolato-acutis, aequalibus, inflexo-cordatis.

FILAMENTA quinque, petalis paulo longiora, carnea. Antherae ouatae, didymae, purpureae, polline flauo.

GERMEN paruum, ouato-oblongum, pentagonum, pubeſcens, purpuraſcenti-viride. Stili duo, reflexi, purpurei. Stigmata obtuſa, albida.

FRVCTVS inferus, magnus, ouali-oblongus, compreſſus, membranaceo-alatus, bipartibilis.

RECEPTAC. filiforme, bifidum.

SEMINA duo, ouali-oblonga, compreſſa, vtrinque emarginata, glabra, fuſca, hinc leuiter conuexa, ſtriis quinque eleuatis ſaepe acutiusculis notata, atque latiſſimo margine membranaceo crenato demum reuoluto cincta; inde leuiter concaua vniſtriata.

INTEGVMENT. duplex, vtrumque membranaceum; albumen ſemine multo anguſtius, compreſſum, carnoſum, odoratum.

Habitat — — ?

Tempus flor. menſibus Junii et Julii; ſemina matureſcunt Nouembri. Aeſtate ſub dio vegetat; per hyemem in frigidario aſſeruandum. Propagatur per ſemina.

Haec ob inſignem magnitudinem ab omnibus congeneribus recedens ſpecies quarto vel quinto anno flores profert, et fructu demum peracto perit. Veroſimile autem mihi videtur, biennem eſſe plantam, quae non niſi in noſtro climate ob locum natalem mutatum ſerius floret et fructus perficit. — *Decipientis* nomen triuiale ei impoſui, cum primo aſpectu pro planta arborea, cuius faciem quam maxime refert, haberi poſſit.

Expl. Tabulae. a. Flos fertilis. b. Idem ſine petalis. c. Petalum. d. Germen petalis et ſtaminibus denudatum. e. Flos ſterilis. f. Flos explicatus. g. Idem inuolutus. h. Germen petalis et ſtaminibus deſtitutum, aeque ac in duobus praecedentibus auctum. i. Fructus maturus. k. Idem partitus. l. Receptac. filiforme. m. Semen ſuperiori parte teſta denudatum, cum albumine. n. Albumen ſeparatum et ſuperne transuerſim ſectum, ad embryonis ſitum demonſtrandum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [29] - 23

Tab. XIV.

MELALEVCA THEA.

ICOSANDRIA MONOGYNIA.

Char. Essent. Vid. in Fasc. priori.

Sectio * *Icosandrae.*

†† *Capsula quinqueloculari.*

M. ramis pendulis, foliis alternis obouato-lanceolatis trineruiis, floribus lateralibus solitariis subsessilibus.

Frvtex humanae altitudinis, erectus.

Cavlis ramosus, teres, scaber, rimosus, fuscescentis coloris, epidermide iunioris plantae secedente emarcida. Ramuli alterni, teretiusculi, virgati, penduli, rimosi, concolores. Ramuli conformes, subangulati: iuniores teretes, subsericei, fuscescenti-purpurei.

Folia subsessilia, sparsa, obouato-lanceolata, acutiuscula, saepius obtusa, plerumque aduersa, margine integerrima, rigida, trineruia (nec vnineruia, quemadmodum in icone exhibentur): neruis duobus exterioribus tenuioribus, non ad apicem ductis; adultiora vtrinque laeuia, imprimis inferiori pagina glandulis pellucidis notata, saturate viridia, subtus dilutiora. Folia inferiora et quae ramulos floriferos obsident, plerumque minora angustioraque sunt. Petioli vix vlli, compressi, subsericei, dilute flauescentes. Stipulae nullae.

Flores ramulis lateralibus inferioribus insidentes, solitarii, breuiter petiolati, inodori. Pedunculi teretes, incrassati, glabri. Bracteae nullae.

Perianthivm turbinatum, rigidulum, glabrum, glandulosum, dentibus quinque obtusis, concauis, cum petalis alternantibus, virescentibus, deciduis.

Petala quinque, rotundata, patentia, vngue paruo calicis margini exteriori adnata, venosa, extrinsecus glandulosa, alba, basi e cinereo-albida.

Nectarivm constituit calicis margo interior incrassatus.

Filamenta libera, 30-36, calicis nectario innata, erecta, petalis breuiora, subulata, glabra, dilute flaua. Antherae bilobae: lobis singulis oualibus, vnilocularibus, dilute flauis.

Germen fundo calicis infra medium adnatum, subrotundum, cum stilo et stigmate glabrum, viride. Stilus staminibus breuior, erectus, teres, crassiusculus, vix attenuatus. Stigma subquadricapitatum.

Capsvla matura subrotundo-depressa, vmbilicata, calice repando edentulo infra medium corticata, coriacea, rugulosa, glabra, fusca vel fuscescenti-cinerea, quinquelocularis, quinquefariam dehiscens. Dissepimenta contraria.

Receptac. quinque, bualia, subsessilia, punctata, e griseo-fuscescentia, quorum singula ad internum cuiusuis dissepimenti angulum affixa.

Semina in quouis loculamento numerosa, parua, linearia, flexuosa, ferruginea.

Habit. in Nouae Hollandiae sinu Botany-bay. ♄

Tempus flor. a Junio ad Julii mensem; fructus matuescunt Nouembri aut Decembri. Tempore aestiuo sub dio vegetat; per hyemem in frigidario asseruari debet. Propagatur per semina et taleas.

Nomine Philadelphi *Theae* Ait. nostra planta ante plurimos annos in hortum introducta est. Verum cum eius semina non arillata sunt, quo charactere Melaleuca solum a Philadelpho distinguitur, eam priori generi annumerare non dubitaui. Differentiae inter Melal. *Theam* et *scopariam*, quae quoad capsulae formam haud dissimiles sunt, ex vtriusque plantae descriptione et icone satis apparent. Propius tamen Melal. nostrae accedere videtur Leptospermum *squarrosum* Gaertn. †), capsulae enim vtriusque speciei in omnibus inter se conueniunt. Vtrum vero vnam eandemue plantam constituant, nec ne, difficile diiudicari potest; cum Gaertnerus nec foliorum, nec reliquarum partium huius Leptospermi mentionem faciat.

Nomen alludit ad vsum, quem Nouae Hollandiae incolis, quibus Theae loco est, praestat.

Explicat. Tabul. b. Folium auctum. c. Flos a superiori parte visus. d. Pars floris abscissa, vt petalorum et staminum insertio melius appareat. h. Eadem aucta. e. Germen calice connatum. f. Stamen auctum. g. Germen calicis dentibus iam destitutum. i. Idem auctum. k. Capsula matura dehiscens. l. Eadem aucta. m. Capsula loculamentis duobus anterioribus denudata, vt feminum insertio melius perspici possit. n. Semina vnius loculamenti compacta. o. Semina nonnulla distincta. p. Eadem mole auctiori repraesentata.

†) De Fruct. et Sem. Plant. Vol. I. p. 174. t. 35.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [30] - 24

Tab. XV.

MELALEVCA SCOPARIA.

Sectio * *Icosandrae.*

†† *Capsula quinqueloculari.*

M. foliis alternis mucronatis trineruiis, floribus terminalibus solitariis sessilibus.

α. *diosmatifolia*, foliis ouato-lanceolatis.

M. *scoparia*. Syst. Nat. ed. Gmel. II. p. 1154. n. 5. Syst. Veget. p. 699. n. 4. Suppl. Plant. p. 343.
Philadelphus *scoparius linifolius*. Ait. Hort. Kew. II. p. 156. n. 2.
M. *scoparia*. Forster plant. esul. p. 78.
Leptospermum *scoparium*. Forster gen. 36.
Tea Plant. Cook's voyage. Vol. I. p. 100. t. 22.

β. *myrtifolia*, foliis ouatis.

Philadelphus *floribundus*. Römer et Vsteri Botan. Magaz. Fasc. 7. p. 177. t. 2.
Philadelphus *scoparius myrtifolius*. Ait. l. c.

Frutex quadripedalis, erectus, Myrti *communis* facie.

Caulis ramosus, teres, rimosus, scaberrimus, nudiusculus, fuscescentis coloris, epidermide in iuniori planta secedente emarcida. Rami ramulosi, conferti, alterni, diffusi, patentes, teretiusculi, rimosi, concolores. Ramuli pariter alterni, inaequales, subangulati, cinereo-fuscescentes, folioši, floriferi: iuniores teretes, sericei, purpurascenti-virides.

Folia sparsa, subsessilia, patentia, ouato-lanceolata, mucronata, lentis ope spectata leuiter serrata, rigida, trinarius quinqueneruia: neruo medium percurrente crassiori, lateralibus angustioribus apicem versus euanescentibus, vtrinque glandulis pellucidis notata, supra saturate viridia, subtus dilutiora; iuniora pagina inferiori subsericea, adultiora glabra nitida. Petioli breuissimi. Stipulae nullae.

Flores ramulos terminantes, solitarii, sessiles, inodori, albi, basi cinereo-albidi. Bracteae nullae.

Perianthivm turbinatum, rigidulum, glabrum, glandulosum, quinquedentatum, dentibus cum petalis alternantibus, concauis, obtusis, neruis nonnullis longitudinalibus exaratis, virescentibus, deciduis.

Petala quinque, calicis margini exteriori inserta, patentia, subrotunda in vnguem paruum desinentia, 5-7nervosa et glandulis nonnullis adspersa.

Nectarivm vt in priori specie.

Filamenta libera, 25-30, calicis nectario innata, erecta, petalis breuiora, subulata, basi compressa, glabra, flauescentia. Antherae ouatae, didymae, rubellae.

Germen fundo calicis infra medium adnatum, viride. Stilus stamina fere adaequans, crassiusculus, vix attenuatus, plerumque paulo recuruatus, vti germen glaber, virescentis coloris. Stigma capitatum, vmbilicatum.

Capsvla subrotunda, calice non repando, fere vltra dimidiam partem corticata. Reliqua vt in M. *Thea*.

Var. β. differt ramis densioribus, foliis ouatis: neruo medium percurrente flauescente, floribus ante explicationem basi rubellis, filamentis paulo longioribus angustioribusque.

Habitat in Noua Zeelandia. ♄

Tempus flor. a Junio ad Augustum; fructus matuescunt Nouembri vel Decembri. Cultura et propagatio eadem ac in priori.

Ex nostra descriptione et icone annexa euincitur varietat. *myrtifoliam* a *diosmatifolia* parum differre, et melius in vnam speciem coniungendam esse. Hoc confirmatur eo, quod Wendlandius ex seminibus *diosmatifoliae*, *myrtifoliam* enasci obseruauerit. Semina posterioris varietatis secundum eiusdem obseruationem plantam vel matri similem, vel magis cum *diosmatifolia* conuenientem, proferunt. Porro ex seminum structura apparet, Aitonium et hanc speciem nulla ratione idonea ad Philadelphi genus amandasse. Sic quoque eiusdem Viri Philadelphus *aromaticus* et *laniger* †) ad Melaleucam pertinere videntur.

Melaleucae huius flores et ramulos floriferos iuniores ab Europaeis Cookium comitantibus, loco Theae sumtos esse, referunt Viri immortalis nominis, Cookius et Forsterus in libris supra laudatis.

Explicat. Tab. Fig. 1. Ramus Melal. *scopariae diosmatifoliae*. a. Folium lente auctum. Fig. 2. M. *scoparia myrtifolia*. b. Folium auctum. c. Flos a superiori parte visus. d. Idem ab inferiori parte. e. Pars floris abscissa, ad petalorum et staminum insertionem demonstrandam. f. Eadem lentis ope visa. g. Stamen. h. Idem auctum. i. Capsula immatura. k. Eadem aucta. l. Matura et dehiscens. m. Sub lente exhibita. n. Eadem capsula loculamentis duobus anterioribus denudata, vt seminum insertio melius appareat. o. Semina nonnulla remota. p. Eadem aucta.

†) Hortus Kewens. Vol. II. p. 56.

TAB. XVI.

HERMANNIA DISTICHA.

MONADELPHIA PENTANDRIA.

CHAR. ESSENT. Vid. in Faſcic. primo.
H. villoſa, ramis flexuoſis, ramulis diſtichis, foliis obouatis inaequaliter dentato-crenatis, floribus paniculatis.

FRVTEX tres- vel quatuor pedes altus, erectus.

CAVLIS ramoſiſſimus, teres, a glandulis exſiccatis ſcaber, fuſcus. Rami flexuoſi, teretes, erecto-patentes, alterni, vti reliquae plantae partes, petalis ac genitalibus exceptis, pilis binis ternisue ſingulis glandulis innatis hirſuti, inferne purpuraſcentis, ſuperne vireſcentis coloris. Ramuli conformes, diſtichi, erecti, folioſi, floriferi.

FOLIA remota, alterna, petiolata, patentia, obouata (rarius ouata), inaequaliter dentato-crenata, rugoſo-vndulata, lateribus (imprimis iuniorum) plicata, vix reuoluta, trineruia: neruis ramoſis, inferne prominentibus; ſupra pilis ſparſis ſolitariis aut geminis hirſuta viridia, ſubtus ob pilos denſiores ſtellatos glauco-vireſcentia. Petioli 2-3lineares, teretes, ſaepius e purpureo vireſcentes. Stipulae ſub ſingulis petiolis geminae, oppoſitae, cordato-acuminatae, plerumque bi-trifidae, crenatae, perſiſtentes.

PANICVLAE ramulos ſuperiores terminantes, bi-triunciales, flexuoſae.

PEDVNCVLI communes remoti, communiter bini, cernui: altero ſimplici breuiori, altero tri- vel quadruplo longiori in pedicellos binos inaequalis longitudinis diuiſo. Bracteae, quibus pedunculi communes ſuffulti ſunt, ternae: duobus lateralibus ſtipulis conformibus, intermedia longiori anguſtiori; pedicellorum totidem, minores, anguſtiores: intermedia paulo latiori.

PERIANTHIVM turbinatum, ſubdecagonum, decemneruoſum, reticulatum, coloratum, dentibus quinque acutis conniuentibus.

PETALA calice duplo fere maiora, vt in congeneribus in tubum cucullatum plicata, apice rotundata integerrima, vnguium margine pilis breuibus non niſi lentis ope conſpiciendis adſperſa, flaua, fructificatione peracta, rubella vel rufeſcenti-fuſca.

FILAMENTA quinque, baſi coalita, neruo per medium exarata, margine ſuperiori leuiter ciliata, dilute vireſcentia. Antherae ſemibifidae, e parte laterali, vbi longitudinaliter dehiſcunt, pilis breuibus obſeſſae, colore e flauo in fuſceſcentem vergente.

GERMEN obouatum, pentagonum, villoſum, cum ſtilo vireſcentis coloris. Stili quinque, conglutinati, verſus baſin pubeſcentes. Stigmata ſimplicia.

CAPSVLA calice perſiſtente tecta, fuſceſcens, pentagona, quinquelocularis, quinqueualuis, apice ad angulos dehiſcens. Valuulae e medio ſeptiferae.

SEMINA in quouis loculamento quinque, rarius plura, reniformia, glabra, fuſca, margini diſſepimentorum centrali vtrinque affixa.

Habit. in Capite Bonae Spei. ♄

Tempus flor. a menſe Auguſti ad Septembrem; ſemina maturant exeunte autumno. Cultura et propagatione cum reliquis congeneribus conuenit.

Haec ſpecies proxime accedit Hermanniae noſtrae *hirſutae;* differt vero caule ramoſiſſimo, ramulis diſtichis, inflo-reſcentia, foliorum forma, ſuperficie magis hirſuta aliisque notis.

Explicat. Tabul. a. Flos. b. Calix. c. Idem auctus. c. Petalum. f. Idem auctum. d. Stamina. h. Eadem aucta. g. Stamen remotum et auctum. i. Piſtillum, mole auctiori exhibitum. k. Capſula matura calice tecta. m. Eadem aucta. n. Eadem calice denudata et dehiſcens. o. Capſula transuerſim ſecta. l. Semina nonnulla. p, Semen auctum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [32] - 26

Tab. XVII.

HAKEA †) GLABRA.

TETRANDRIA MONOGYNIA.

Charact. Essent. Corolla tetrapetala. Antherae petalorum apicibus insidentes. Capsula latere interno rima longitudinali dehiscens, vnilocularis, disperma. Semina aucta ala membranacea. H. ramis cernuis foliisque glabris.

Frvtex sexpedalis, erectus.

Cavlis ramosus, teres, cortice leuiusculo fuscescente. Rami ramulosi, alterni, remoti, virgati, cernui, teretes, laeuissimi. Ramuli conformes, folioso, rufescentes.

Folia semperuirentia, alterna, sessilia, erecto-patula, apicibus saepius reflexa, teretia, mucrone rigido purpurascente terminata, rigida, glabra, virescentia, punctis dilutioribus non nisi lentis ope conspiciendis adsperso. Stipulae nullae.

Vmbellae axillares, simplices, 4-5florae, e quibus plerumque (saltem in nostris regionibus) vnicus tantum flos adolescit.

Pedvnculvs breuissimus, incrassatus, pilis sparsis sericeis obsessus. Pedicelli adscendentes, bi-trilineares, deorsum attenuati, sericei. Bracteae nullae, nisi squamas gemmarum deciduas velis.

Calix nullus.

Cor. Petala quatuor, linearia, obliqua, extrinsecus sericea, alba, apice latiora concaua staminifera reuoluta.

Nectarivm glandula semilunaris, flauescens, basi germinis adnata.

Stamina quatuor, quorum singula singulis petalis inserta. Filamenta breuissima. Antherae cordato-ouatae, minutae, ex aurantiaco flauae.

Germen pedicellatum, ouato-oblongum, a basi interni lateris vsque ad stili apicem sulco longitudinali exaratum, glabrum, flauescenti-albidum. Stilus directione et longitudine petalorum, attenuatus, teretiusculus, virescens, Stigma subcapitatum, rugulosum, purpurascentis coloris.

Capsvla ex ouata basi sursum attenuata, inferne in pedunculum quasi producta, medio vtrinque cristata, per maturitatem rugulosa, glabra, fusca vel paulo dilutior, latere interno rima longitudinali dissiliens, vnilocularis, semibiualuis. Interior cauitas seminum formae respondens, obscure scrobiculata, rufo-fusca.

Semina duo, glabra, nigrescentia, obouata, inferne acuta, hinc, vbi in cauitatem impressa sunt, conuexa; inde, vbi mutuo se contingunt, plana reperiuntur, et margine superiori in alam membranaceam lanceolatam neruo percursam reticulatam et concolorem terminantur.

Habit. in Nouae Hollandiae sinu Botany-bay. ♄

Tempus flor. Junii et Julii mense; fructus maturant Nouembri vel Decembri. Tempore aestiuali sub dio vegetat; per hyemem in frigidario asseruanda. Propagatio fit per semina et taleas.

Nouum hoc ad familiam naturalem, quam Ill. Jussieu *Proteas* dixit, pertinens genus, Embothrio affine est. Habitu vero vti et singulari pericarpii structura, qua sola fere huius familiae generum differentia nititur, sufficienter tam ab eo, quam a reliquis distinguitur. Duae aliae huius generis species, quas hortus possidet, cum nostra Hakea conueniunt ramis virgatis, foliis semperuirentibus teretibus mucronatis et floribus axillaribus. Harum altera, cui nomen triuiale *pubescens* imposuimus, proxime ad *glabram* accedit; differt vero ramis ramulisque subverticillatis, superficie pubescente aliisque notis. Altera, *fericea* dicta, ab vtraque specie recedit caule magis ramoso, ramis breuioribus erectis, ramulis sericeis, petalis glabris et omnium partium habitu minori ac tenuiori. Differentias igitur specificas vtriusque speciei hoc modo constituerem: 1) H. *pubescens*, ramis cernuis foliisque pubescentibus. 2) H. *fericea*, ramis erectis, ramulis sericeis, foliis glabris.

Expl. Tabulae. a. Vmbella remota. b. Petalum auctum. c. Pedicellus cum nectario et pistillo, lente auctus. d. Capsula adhuc clausa. e. Eadem dehiscens. f. Capsula longitudinaliter dimidiata, vt seminum situs perspici possit. g. Semen alatum. h. Idem a latere visum.

†) Viri Illustrissimi et Generosissimi, Lib. Bar. Christ. Ludov. Hake, Magnae Britanniae Regi a Consiliis sanctioribus etc. nomine hoc genus condecorauimus.

Tab. XVIII.

PVLTENAEA LINOPHYLLA.†)

DECANDRIA MONOGYNIA.

Char. Essent. *) Calix 5dentatus, vtrinque appendiculatus. Corolla papilionacea: alis vexillo breuioribus. Legumen vniloculare, diſpermum.

P. ſericea, foliis linearibus carinatis mucrone obtuſo reflexo terminatis.

Frvtex quinque- vel ſexpedalis, erectus.

Cavlis ramoſus, teres, rimoſus, fuſcus, epidermide in iuuenili ſtirpe ſecedente emarcida. Rami ramuloſi, alterni, erecto-patentes, teretes, fuſceſcenti-cinerei, vti reliquae ſtirpis partes, petalis et ſtaminibus exceptis, pube ſericea obducti. Ramuli pariter alterni, erecti, concolores, foliofi, floriferi, ſuperne leuiter incraſſati: ſuperioribus rami apicem ſuperantibus.

Folia ſparſa, breuiter petiolata, patentia, linearia, integerrima, marginata, mucrone obtuſo reflexo terminata, carinata, vnineruia, craſſiuscula, rigidula, vireſcentia, ſubtus dilutiora. Petioli vix vlli, teretiusculi, purpuraſcentes. Stipulae geminae, oppoſitae, erectae, acutae, eneruiae, fuſco-ferrugineae.

Capitvlvm ex ramulorum ſummitate proueniens, 4-6florum, erectum, ſeſſile, bracteis inuolucratum. Bracteae imbricatae, ouatae, bifidae, ſcarioſae, rufeſcenti-fuſcae.

Perianthivm campanulatum, ſubbilabiatum, perſiſtens. Labium ſuperius bifidum: laciniis ouatis, conniuentibus, ex violaceo purpureis. Labium inferius trifidum: laciniis concoloribus, lanceolato-acutis; intermedia anguſtiori. Inter vtrumque labium ad latus adnata reperitur appendix lineari-lanceoleta acuta, quae ſuperficie aeque ac colore bracteis ſimilis eſt.

Corolla papilionacea, glabra.

Vexillum ouato-rotundatum, limbo erecto emarginato, inferne in vnguem attenuatum, aurantiaco-flavum, medio macula ſemilunari radiata purpuraſcente notatum.

Alae vexillo breuiores, obouato-lanceolatae, obtuſae, concauae, ſuperne verſus baſin dente obtuſo inſtructae, dilute aurantiacae.

Carina alis paulo breuior, dipetala, obouata, obtuſa, vtrinque dente obtuſiori notata, ex violaceo purpurea, verſus baſin dilutior.

Filamenta decem, libera, receptaculo inſerta, adſcendentia, inaequalia, filiformia, teretia, vireſcentia. Antherae ſubrotundae, didymae, flauae.

Germen ouatum, viridulum. Stilus directione et longitudine ſtaminum, ſubulatus, germini concolor. Stigma ſimplex, acutum.

Legvmen paruum, ſubrotundum, apice acutum, turgidum, ſubſericeum, rufeſcenti-fuſci vel paulo ſaturatioris coloris, vniloculare, diſpermum, altero ſemine plerumque abortante.

Semina ope funiculi breuiſſimi ſuturae ſuperiori affixa, rotundata-reniformia, lenticulari-compreſſa, laeuiſſima, nitida, nigreſcentia.

Habit. in iisdem cum priori locis. ♄

Tempus flor. menſibus Maii et Junii; fructus perficit exeunte autumno. Aeſtate ſub dio vegetat; per hyemem in frigidario aſſeruari debet.

Explicat. Tab. a. Folium auctum. b. Bractea. c. Eadem aucta. d. Calix cum appendice. e. Flos. f. Vexillum. g. Ala. h. Carina. i. Stamina. l. Eadem aucta. k. Piſtillum. m. Idem auctum. n. Legumen. p. Idem auctum. r. Legumen valuulis ad baſin fere diſiunctis. o. Semen remotum. q. Idem mole auctiori exhibitum.

†) Nomine triv. *bracteata* tabulae iam inciſo, nonnullas alias huius generis ſpecies nouas examinare mihi contigit, quarum flores aeque ac noſtra Pultenaea bracteis incluſi ſunt. Quapropter eam nunc *linophyllam* nominaui.

*) Specimen of the Botany of New Holland, by James Edward Smith. London. 1793. Vol. I. p. 35.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600,KGBH 600, [34] - 28

SERTVM HANNOVERANVM

SEV

PLANTAE RARIORES

QVAE IN

HORTIS REGIIS HANNOVERAE VICINIS

COLVNTVR.

AVCTORE

IOANNE CHRISTOPHORO WENDLAND

HORTI REGII HERRENHVSANI TOPIARIO PRIMO SOCIET. HIST. NAT. TIGVRINAE AC JENENSIS SOD.

VOLVM. I. FASCICVL. IV.

HANNOVERAE,

PROSTAT VENALE APVD FRATRES HAHN.

cIↃIↃccLxxxxviii.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [35] -

Ob impedimenta quaedam hocce opus cum D. Schrader coniunctim edere non amplius licuit. In posterum prodibit sub titulo: *Hortus Herrenhusanus*.

WENDLAND.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [36] - -

Tab. XIX.

ZERVMBET SPECIOSVM.

Char. Essent. Perianthium tam fructus, quam floris, ſpathaceum, ſuperum. Corolla tubuloſa, papilionacea, 4petala. Filamentum vnum. Bacca? 3locularis, polyſperma.

Planta tuberoſa, ſemperuirens, 4 ad 6 pedalis, erecta.

Tvber ſquamoſum, fuſcum, odore Zingiberis; tubercula diſſecta rubra, odore grauiori.

Cavlis 4 ad 6 pedalis, erectus, glaber, viridis, ſubfuſcus, foliis alternis.

Foliorvm vaginae cingunt caulem; margine vaginae et folia ciliatae; folia breuiter petiolata, ſesquipedalia longitudine, dimidio pedis latitudine, ſupra ſaturate viridia, ſubtus dilutiora, maiore neruo medio pluribusque venis lateralibus parallelis percurſa, acuminata; apice ſaepius contorta, etiam ciliata.

Flores in extremo caule figura racemi nutantis proueniunt.

Racemvs piloſus, viridis, flexuoſus; pedunculi alterni, patentes, ſordide virides, piloſi, breues, vniflori.

Perianthivm ſuperum, ſpathaceum, obouatum, conuexum, apice tridentatum, dente intermedio maiori, piloſum, roſeum, intus conuexum, ſanguineum, ſtriatum, baſi tubuloſum. (a. b. c. d.)

Corolla tubuloſa, ſucculenta, curuata, 4petala, quorum 3breuiora, inferius ſeu carina maximum.

Tvbvs corollae breuis, roſeus, glaber; vexillum latius, quam alae, roſeum, ſubſtriatum, verſus apicem ſubpiloſum, obtuſum, ſanguineum; alae anguſtiores, antice latiores, obtuſae, ſubpiloſae, apice pariter ſubſtriatae, ſanguineae.

Carina ſeu Nectarium glabrum, extus ſordide rubrum, gibbum ſeu ventricoſum, conuexum, antice flauum, emarginatum, margine vndulatum, intus ſanguineum, venoſum; venis ſaturatioribus transverſis; punctatis; margine flauo, (e. f.)

Tvbvs interne ſubroſeus, fere clauſus ex ea parte, vbi petala adnata diuiduntur; in latere interiori ſeu nectarii ſuperiori labio filamentum cum anthera bipartita adflxum; in baſi filamenti ad latus dentes duo, carnoſi, ſanguinei coloris, quorum baſis pilis erectis ornata; in tubo ipſo pili retro verſi, qui in hac inferiori parte aperturam aliquam claudunt, ex qua ſuccus in carinam ſeu nectarium effunditur.

Filamentvm ſummo tubo ſeu nectarii ſuperiori labio adnatum, liberum, roſeum, interna baſeos parte piloſum, auerſa maculis duabus triquetris diſtinctum; apice anthera bipartita ſeu quaſi antheris duabus longis terminatum, ſordide fuſcis, quae apertae marginibus reclinatis ſtylum includunt, adeo vt ſtylus per antheras exſertus videatur, ſed antheris nondum apertis incluſus lateat.

Stylvs filiformis, albus, ad marginem fere germinis, inflexus, antheris arctiſſime iunctus. Stigma capitatum, piloſum, medio in vmbilicum depreſſum, aperientibus ſeſe antheris ad eas reclinatum. Filamentum eo loco, vbi ſtylus ex tubo inter dentes duo carnoſos erigitur, munitum eſt pilis, aperturam claudentibus. Duae ſquamae nectariferae, carnoſae, arctiſſime ſtylo ad baſin coniunctae, ſordide flaueſcentes, antice magis depreſſae, quam poſtice, oblique quaſi truncatae.

Germen ſubrotundum, inferum, ſordide viride, piloſum. Fructus bacca? trilocularis, polyſperma. (m. n.)

Tempus floreſcentiae: Iulius et Auguſtus.

Patria: China. In Caldario adſeruari debet.

Inflorescentia racemoſa cum *Alpiniis*, nectario ſeu carina maxima propendente cum *Coſto* conuenit; differt a priori praeter alia ſcapo haud diſtincto, vt in Amomis, a poſteriori, deficiente ſpica, caulem folioſum terminante.

Explicatio Tab. a. c. Corollae cum perianthio fructifero et florigero. b. Perianthium fructiferum. d. Perianthium florigerum. e. Corolla ſine germine et perianthio. f. Eadem absque alis et vexillo, carina longitudinaliter diſſecta. g. Germen cum tubo diſſecto, adnata anthera, ſquamis nectariferis et ſtylo. h. Tubus explicatus, vt loca piloſa, dentes duo et filamentum piloſum cum antheris apertis conſpici poſſint. i. Germen cum ſquamis nectariferis et ſtylo. k. Idem a parte auerſa. l. Stigma capitatum auctum. m. Germen ſectione transuerſali. n. Idem auctum, vt feminum ſitus magis adpareat.

TAB. XX.

PROTEA SCOLYMVS.

CHAR. SPEC. Calyx communis ſquamoſus. Corolla infra ventricoſa, quadrangularis, bipartita, canaliculata, apice ſpathulata, villoſa. Antherae quatuor petalis adnatae. Receptaculum commune ſquamoſum. Fructus ſemen membranaceum ſeu vtriculus vnilocularis, monoſpermus.

Sectio **** foliis lanceolatis.

Leucadendron Scolymocephalum, foliis lanceolatis, floribus ſubrotundis, caule fruticoſo, ramoſo. LINN. ſpec. plant. p. 135.

Lepidocarpodendron acaulon, ramis numeroſis e terra excreſcens, calyce floris immaturo extus ex rubro et flauo variegato, intus flauo. BOERH. Lugd. II. p. 192. Tab. 192. Thunb. Diſſ. de Protea, n. 36.

FRVTEX quadripedalis, patens.

CAVLIS ramoſus, erectus, teres, cortice cano-flaueſcente, ſcabro. Rami 3 ad 4 conferti, fere verticillati, curui, diuaricati, cano-flaueſcentes, iuniores rufeſcentes; foliis alternis, lanceolatis.

FOLIA ſeſſilia, in ramis veteribus ſubdiuergentia, in iunioribus erecta, inferiora minora, ſuperiora maiora, lanceolata, inferne attenuata, glabra, glauca, ad marginem rubicunda, mucrone ferrugineo, cartilagineo, ſuberecto terminata.

FLORES terminales, ſeſſiles, interfoliacei, inferiores minores et anguſtiores, capitati, calyce communi ſquamoſo incluſi.

CALYX communis ſquamoſus; ſquamae inferiores exiguae, fuſcae, obtuſae; ſuperiores gradatim maiores, flauo-virentes, acutae, apice fuſcae; ſummae longiſſimae, anguſtiſſimae, obtuſae, flauo-virentes, margine omnes ciliatae. Receptaculum conuexum, ſcrobiculatum, paleaceum.

COROLLA dipetala quaſi, infra ventricoſa, quadrangularis, canaliculata, canaliculo ſublanato, petalo ſupra dilatato, ſpathulato, villoſo, declinato, flauo-virente.

FILAMENTA nulla. Antherae quatuor, apicibus petalorum adnatae, didymae, fuſcae, polline flauo.

GERMEN paruum, lineari-oblongum, viride, piloſum. Stylus ſimplex, viridis, cartilagineus, ſolidus, declinatus, acuminatus, longitudine petalorum. Stigma acutiuſculum, rubrum.

FRVCTVS vtriculus oblongus, piloſus. Semen ouatum, membrana fuſca ſupra magis conuexa et brunnea circumdatum.

GRANVM album, bilobum.

Tempus floreſcentiae: Iulius et Auguſtus.

Patria: Caput bonae ſpei.

Per omnes, quibus haec planta in horto regio colitur, annos, cum quotannis floruerit, ſemper corollam inueni bipartitam, ita vt ex petalis vnum diſcedat a reliquis tribus et ſeſe reclinet. Illa tria coniuncta manent et pariter reflectuntur. Stylus reflexus prodit et ſtigma polline onuſtum, adeo vt haec pars filamentum cum anthera dehiſcente eſſe videatur. Corolla non decidit, ſed remanet ad tegendum ſemen; itaque, cum ſemen iam maturatum adhuc includat corolla, receptaculum longiſſima palea veſtitum videtur. Calyx ſquamoſus tempore maturitatis fuſcus; ſquamae inferiores adpreſſae, ſuperiores patentes, antice inclinatae. Capſula oblonga, cornea, infra piloſa, fuſca. Stylus cartilagineus, maturitatis autem tempore ſolide corneus, fructui inſidet, a ſtigmate ad ſemen ſolide corneus, inde ad finem vsque fructus membrana ſtyli includit ſemen, connatum cum illa membrana. At cum diſſecatur ſemen, ſeiungi poteſt membrana ſtyli, tumque granum propria veſtitum membrana adparet. Quodſi granum ſiniſtra manu tenebis digitoque dextrae ſtylum corneum comprimes, reſoluitur ſtylus a membranula, granum circumdante, vt Fig. l. oſtenditur.

THVNBERGII deſcriptio l. c. ſequentia habet:

TOTVS frutex glaber.

CAVLIS erectus, rugoſus, ramoſus, tripedalis.

RAMI ſubuerticillati, erecti, cauli ſimiles.

FOLIA inferne attenuata, lanceolata, acuta, glandula terminali, integra, erecto-patula, frequentia, digitalia.

FLORVM capitula in ramis terminalia, ſolitaria, ouata, foliis obuallata, magnitudine pruni.

Perianthium commune imbricatum; ſquamae exteriores ouatae, interiores oblongae, concauae, obtuſae.

COROLLA purpuraſcens.

RECEPTACVLVM ferrugineo-tomentoſum.

Explicatio Tab. a. Calyx capitatus cum flore diſſectus. b. Corolla aperta. c. Petalum vnum a reliquis diſcedens. d. Germen cum ſtylo et ſtigmate polline onuſto. e. Idem ſine polline. f. Petala tria coniuncta. g. Petalum vnum. h. Calyx maturus cum fructu. i. Calyx maturus diſſectus, k. l. m. Fructus cum exteriori membranula reſoluta. n. Idem ſine ſtylo corneo. o. Membrana ſeminis. p. Granum. q. Idem duobus lobis explicatis.

Fig. f. et g. maiori et aucta oculis forma propoſitae, reliquae ad naturam depictae.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [38] - 4

TAB. XXI.

PROTEA NECTARINA.

CHAR. SPEC. Calyx communis ſquamoſus. Corolla tetrapetala, hirſuta, antice reflexa. Antherae quatuor petalis adnatae. Receptaculum commune nudum. Germen corona nectarina incluſum, piloſum, viride, vniloculare, monoſpermum.

Sectio ****** foliis cuneiformibus.

FRVTEX quadripedalis, erectus.

CAVLIS erectus, ramoſus, teres, piloſus, cortice fuſco-punctato. Rami 2 ad 3 aggregati, teretiuſculi, erecti, fuſco-punctati, piloſi.

FOLIA ſeſſilia, terna, verticillata, cuneiformia, recta, patentia, ſupra ſaturate viridia, ſubtus albida, venoſa: venis transuerſis, neruo cardinali in mucronem producto; iuniora piloſa.

FLORES terminales, intra calycem oblongum ſquamoſum ſepteni.

CALYX communis ſquamoſus: ſquamae inferiores exiguae, ferrugineo-vireſcentes, piloſae, acutae; ſuperiores longiores: proximae floribus longiſſimae, interiores anguſtiſſimae, viridi-ferrugineae, piloſae. Receptaculum medio conuexum, ſeptem orbiculis diſtinctum, glabrum.

COROLLA tetrapetala, ſuperne tam extus, quam intus, piloſa, rubra, ſenſim attenuata apiceque reflexa; petala 4 inferne diuiſa, in medio conglutinata, duo reliquis longiora.

FILAMENTA nulla. Antherae quadruplices, petalis inſertae, fuſcae, polline flauo.

GERMEN nectarina corona flaua et altiori circumdatum, piloſum, viride, vniloculare, monoſpermum. Stylus ruber, longitudine corollae, filiformis, erectus. Stigma inciſum, roſeum, obliquum, lineare.

FRVCTVS ad maturitatem non peruenit.

Tempus floreſcentiae: Iulius.

Patria: Noua Hollandia.

Ratione characteris eſſentialis Proteae, a Linnaeo conſtituti, haec planta diuerſa eſt, ob nectarium, quod germen includit; ſed cum in reliquis partibus calycis, corollae et germinis, quod non niſi vniloculare et monoſpermum inueni, cum Proteis conueniat optime, iure eam ſic nominandam putaui. Quodſi in poſterum in ſemine maturato diſcrimen aliquod obſeruatum erit, tum forſan nouum genus conſtituere poteſt. Prouenit autem haec planta ex ſemine, ex noua Hollandia adlato et, quoad ex habitu poteſt iudicari, frutex in patrio loco eſſe debet ab imo diffuſus et ramoſiſſimus.

Expl. Tab. a. Squama calycis inferior. b. Superior aucta. c. Pedunculus cum floribus ſeptenis clauſis et ſquamis anguſtiſſimis cinctis. d. Idem flore aperto et germine ſeſſili. e. Petalum ſeorſim. f. Magnitudine auctum. g. Germen cum nectario circumdante, nariua magnitudine. h. Germen cum nectario et ſtylo auctum. i. Idem cum nectario diſſecto et repoſito. k. Germen piloſum. l. Idem transuerſim diſſectum. m. Receptaculum commune cum ſeptem ſuis orbiculis.

TAB. XXII.

ALLAMANDA CATHARTICA.

LINN. MANT.

PENTANDRIA, MONOGYNIA.

CHAR. ESSENT. CONTORTA. Capsula lentiformis, erecta, echinata, vnilocularis, biualuis, polysperma.

ECHINVS scandens, lactescens, flore maximo lunato. Barrer. aequin. 48. LINN. Mant. 214. Suppl. p. 165.

ORELIA grandiflora. Aublet. guian. p. 271. tab. 106.

FRVTEX erectus, flexilis, adscendens.

CAVLIS teres, cinereus, articulatus, verrucosus, rimosus, glaber, ramosus, lactescens. Rami adscendentes, flexiles, ex viridi cinerei, rimosi, articulati, pilosi, lactescentes, apice subfusci, viridi-splendescentes, foliis 2. 3. 4. 5. verticillatis obsiti.

FOLIA subpetiolata, geniculo insidentia, ouata, oblonga, lanceolata, glabra, nitida, lactescentia, margine vndulato-flexuosa, neruo cardinali piloso, venis transuersis, prope marginem eleuatis, confluentibus.

FLORES terminales, pedunculati, bini; sed quia procedunt rami, flores magis laterales.

CALYX pentaphyllus, foliolis oblongis, acutis, viridibus, glabris.

FLOS tubulosus, ventricosus, apice quinquelobus; lobi ante anthesin contorti, glabri, flaui, sed aperto flore reuoluti, obtusi. Tubus interne supra antheras setis albis, antheras tegentibus, vestitus. Ad basin antherarum decurrit nescio quid eminens, munitum setis albis introrsum versis, ex quibus sine dubio filamenta oriuntur.

FILAMENTA vix vlla. Antherae quinque tubo insertae, sagittatae, acutae, conniuentes in fauce tubi, sub quibus multae setae, quae capitulum stigmatis coronatum apprehendunt.

GERMEN glandulae nectarinae flauae insidens, ouatum, supra linea sulcatum. Stylus simplex, filiformis, longitudine tubi, capitulo ouato, infra limbo repando, supra margine dentato coronato, stigmate bilobo terminatus.

FRVCTVS hic nondum maturuit.

Tempus florescentiae: Junius — Aug.

Patria: India. In Caldario adseruanda.

Haec planta semper apud nos fruticosa, ramosissima, semperuirens. Rami flexiles, adscendentes, haud volubiles. Frequenter profert flores terminales, sed quia rami crescendo producuntur, flores inter ramos eorumque axillas adparent.

Expl. Tab. a. Calyx naturali magnitudine. b. Tubus corollae clausus, superne rescissus, vbi setae convergunt antherasque tegunt. c. Idem apertus, vt antherarum et setarum collocatio melius conspiciatur. d. Idem cum glandula nectarifera, germine, stylo, stigmate et antheris, delineatus. e. f. Antherae a latere et ab anteriori conspectae. g. Germen stylo rescisso. Haec natiua forma et magnitudine. h. Anthera a latere. i. Eadem ab anteriori considerata. k. Capitulum styli cum stigmate. l. Germen transuersim sectum. m. Tubi superior pars cum capitulo styli et antheris in situ earumque appendiculis. Haec aucta forma.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [40] - 6

TAB. XXIII.

GNAPHALIVM FERRVGINEVM.

CHAR. ESSENT. Receptaculum ſcrobiculatum. Pappus plumoſus. Calyx imbricatus: ſquamis marginalibus ſcarioſis, coloratis.

Sectio * Fruticoſa. † Argyrocoma.

FRVTEX bipedalis, debilis, vacillans.

CAVLIS teres, flexuoſus, canus, tomentoſus. Rami alterni, tomentoſi, cani, ferruginei; folia ſeſſilia, ouato-lanceolata, margine et medio neruo ferruginea, vtrimque tomentoſa; in iunioribus ramis folia ſubimbricata, in ramis veteribus patentia, reclinata.

FLORES terminales, pedunculati: pedunculo ferrugineo-tomentoſo, ſquamis ſemiſcarioſis tomentoſis adſperſo.

CALYX imbricatus, ſquamoſus: ſquamis ſcarioſis, acutis, albis, ferrugineo, demum brunneo colore tinctis.

FLOSCVLI foeminei nulli; hermaphroditi plures, quorum 3 ad 4 ordines priores maxime fructiferi. Tubulus ſuccoſus, albus; corolla quinqueloba, reuoluta, violacea. Antherae flauae corollam ſuperantes, quinquedentatae. Stylus baſi craſſior, nitidus, vireſcens, reflexus, ſubdiuiſus in ſtigmata duo reflexa violacea. Germen oblongum, inflexum, inaequale, viride. Pappus baſi connatus, plumoſus, longitudine tubuli, albus.

RECEPTACVLVM planum, nudum, ſcrobiculatum.

Tempus floreſcentiae: Maius, Junius.

Patria: Caput bonae ſpei. In Frigidario adſeruari debet.

Haec planta octo abhinc annis ex ſeminibus mihi enata inde ſex quotannis hic floruit, matura vero ſemina nondum tulit. Pars floſculorum ſterilis quoque videtur, quorum ſtylus haud magnopere flores excedit, nec, vt in prioribus ordinibus, reflectitur.

Explic. Tab. a. Calyx cum floſculis et diſco. b. Floſculus e medio ſterilis. c. Alius marginis fructifer, vterque ſecundum naturam. d. Floſculus fructifer auctus cum pappo, antheris et ſtigmatibus. e. Idem explicatus. f. Stylus ſeorſim cum germine auctus. g. Pappus baſi connatus aucta magnitudine. h. Receptaculum nudum natiua forma ac magnitudine.

TAB. XXIV.

ASTER TOMENTOSVS.

CHAR. ESSENT. Receptaculum ſcrobiculatum, nudum. Pappus connatus, plumoſus. Corollae radii 18-20. Calycis imbricati ſquamae inferiores ſubpatulae.

Sectio * Fruticoſi.

FRVTEX tripedalis, erectus.

CAVLIS erectus, cinereus, teres, glaber. Rami flexuoſi, alterni, patentes, erecti, cinerei, tomentoſi.

FOLIA alterna petiolata, ouata, coriacea, dentata, venoſa; ſupra viridia, ſubtus tomentoſa, albida tomento ferrugineo.

FLORES terminales, terni, pedunculo longo tomentoſo, laterales, medius breuiori pedunculo inſidens; baſi omnes bracteati: bractea anguſta, tomentoſa.

CALYX imbricatus, tomentoſus; ſquamae anguſtae, acutae, apice fuſcae.

FLOSCVLI foeminei radiati 18-20, tubuloſi, ſuperne albi, inferne violacei, patentes, ouati, tridentati. Germen ouatum, octangulare. Pappus plumoſus, infra connatus. Stylus longitudine tubi. Stigmata duo reuoluta.

FLOSCVLI hermaphroditi tubuloſi, quinquefidi, flaui. Filamenta geniculata. Antherae quinquedentatae, fuſcae, corolla paullo altiores. Stylus aliquantum prominens. Stigma bifidum, conniuens. Pappus vt in foemineis.

RECEPTACVLVM ſcrobiculatum, dentatum.

SEMEN octangulare, hermaphroditorum fuſcum, ſterile: foemineorum nigro-fuſcum, oblongum, medio incraſſatum, pappo connato, plumoſo coronatum.

Tempus floreſcentiae: Maius, Junius.

Patria: Caput bonae ſpei.

Explic. Tab. a. Flos foemineus, radiatus, diſciſſus. b. Floſculus radii. c. Floſculus diſci. d. Idem auctus, diſciſſus. e. Filamenta tubulo adnata cum antheris explicatis. f. Stylus floris hermaphroditi. Haec tria figuris lente auctis. g. Receptaculum maturum. h. Semen maturum, magnitudine natiua. i. Pappus connatus. k. Semen maturum cum pappo, auctum. l. Semen octangulare ſectione transuerſali.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [42] - 8

INDEX
PLANTARVM HVIVS VOLVMINIS.

FASCIC. I.

Protea ſtrobilina	Tab. I.	Pag. 7
Solanum Xanthocarpum	— II.	— 8
Sophora iuncea	— III.	— 9
Hermannia hirſuta	— IV.	— 10
Hermannia micans	— V.	— 11
Solidago viſcoſa	— VI.	— 12

FASCIC. II.

Protea pulchella	— VII.	— 15
Diosma vniflorum	— VIII.	— 16
Zygophyllum foetidum	— IX.	— 17
Melaſtoma cymoſum	— X.	— 18
Melaleuca linearis	— XI.	— 19
Indigofera graueolens	— XII.	— 20

FASCIC. III.

Selinum decipiens	— XIII.	— 23
Melaleuca Thea	— XIV.	— 24
Melaleuca ſcoparia	— XV.	— 25
Hermannia diſticha	— XVI.	— 26
Hakea glabra	— XVII.	— 27
Pultenaea linophylla	— XVIII.	— 28

FASCIC. IV.

Zerumbet ſpecioſum	— XIX.	— 3
Protea Scolymus	— XX.	— 4
Protea nectarina	— XXI.	— 5
Allamanda cathartica	— XXII.	— 6
Gnaphalium ferrugineum	— XXIII.	— 7
After tomentoſus	— XXIV.	— 8

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [43] -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: OM 6 KGBH 600:KGBH 600, [44] - -

Tab. I.



Protea strobilina LINN.

B.G. Wendland

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [46] - -

Tab. II.



Solanum xanthocarpum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [48] - -

Tab. III.



Sophora juncea.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [50] - -

Tab. IV.



Hermannia hirsuta.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [52] - -

Tab. V.



Hermannia micans.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [54] - -

Tab. VI.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [56] - -

Tab. VII



Protea pulchella

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [58] - -

Tab. VIII.



Diosma uniflorum L

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [60] -

Tab. IX.



Zygophyllum foetidum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [62] - -

Tab X.



Melastoma cymosum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [64] - -

Tab XI



Melaleuca linearis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [66] - -

Tab. XII



Indigofera gravelens

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [68] - -

Tab. XIII



Selinum decipiens

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [70] - -

Tab. XIIII.



Melaleuca Thea.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: OM 6 KGBH 600;KGBH 600, [72] - -

Tab. XV

Fig. 1



Fig. 2





Melaleuca scoparia Linn:

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: GM 6 KGBH 600;KGBH 600, [74] - -

Tab. XVI



Hermannia disticha

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: OM 6 KGBH 600;KGBH 600, [76] - -

Tab. XVII



Hakea glabra

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: OM 6 KGBH 600;KGBH 600, [78] - -

Tab: XVIII



Pultenaea bracteata

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [80] - -

Tab XVIII



Zerumbet speciosum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [82] - -

Tab. XX



Protea Scolymus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [84] - -

Tab XXI



Protea nectarina

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [86] - -

Tab. XXII.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [88] - -

Tab. XXIII



Gnaphalium ferrugineum?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [90] - -

Tab XXIIII.



Aster tomentosus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [92] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [93] -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [94] - -


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [95] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600:KGBH 600, [96] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: GM 6 KGBH 600:KGBH 600, [97] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: CIM 6 KGBH 600;KGBH 600, [98] - -



SKGBH 600:KGBH 600, [99]